

De Galeni libro qui Synopsis peri sphygmōn inscribitur : dissertatio inauguralis philologica... / [Johannes Carolus Germanus Gossen].

Contributors

Gossen, Johannes Carolus Germanus, 1884-

Publication/Creation

Berlin : Typ. Universitatis, 1907.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/axd2v5dv>

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

A. XVIII.

DE GALENI LIBRO
QUI ΣΥΝΟΨΙΣ ΠΕΡΙ ΣΦΥΓΜΩΝ
INSCRIBITUR

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IMPETRANDOS

SCRIPSIT

IOHANNES GOSSEN

BEROLINENSIS.

PROMOTIO SOLLEMNIS HABEBITUR DIE II. FEBRUARII MCMVII

De hac dissertatione rettulerunt

Hermannus Diels

Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff.

(2)

00H.AA1



HERMANNO DIELS

PRAECEPTORI CARISSIMO

PIETATIS CAUSA

SACRAE HAE PRIMITIAE.

REVUE DE LA

REVUE DE LA

REVUE DE LA

REVUE DE LA

Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀρέγονται μὲν
ἐπιστήμης ἀκριβοῦς ὣν ἐκάστοτε μανθάνουσι,
τὴν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἄγουσαν ὁδὸν ὀκνοῦσιν
ἵναί.

Galenus.

Galenus liber, quo immensam pulsum disciplinam in brevis compendii formam retractat — *σύνοψιν περὶ σφυγμῶν* dico — usque ad annum p. Chr. n. 1824 omnino Graece ignotus erat. Quo anno Kühn in Galeni editionis t. IX 431—533 ex codice Hauniensi illa Graeca edidit; sed quia hic manuscriptus liber verbis *ἐρρωμένη γὰρ ἡ δύναμις* in medio enuntiato desinit, truncus videbatur esse. Postquam igitur nunc exemplaria pleniora Mediolani a Schönio, Cheltenhami a Kalbfleischio inventa sunt, Diels, praeceptor meus doctissimus et honoratissimus, mihi permisit, ut materia illa propter Corpus medicorum Graecorum, quod paratur ab Academia Berolinensi, collecta ad mea studia uterer.

De his manuscriptis ipsis hoc loco, cum de aliis rebus disserere in animo mihi sit, pauca dicam; plura is dicet, cui edendi munus suo tempore continget. Sunt codices hie: ¹⁾

H = Hauniensis Graecus, e donatione variorum n. 14, saeculi XVIⁱ, negligenter scriptus; nonnumquam consentit cum LR¹; desinit media in sententia *διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. ἐρρωμένη γὰρ ἡ δύναμις*. Ex hoc libro Kühn primus synopsis edidit.

L = Laurentianus pluteus LIX 14, saeculi XVⁱ, desinit IX 531,4 *εἰ μὲν γὰρ εὐσαρκός τε καὶ πίον ἱκανῶς εἴη, κατὰ λόγον ὁ σφυγμὸς φαίνεται*. Contulit Luigi de Stefani.

P = Cheltenhamensis Phillippsiensis Graecolatinus 24 386, saeculi XVIⁱ, fere semper consentit cum QST, frequentissime etiam cum R²; habet partem extremam adhuc ignotam; in foliis libro intextis versio Latina scripta est; notae exstant in margine. A

¹⁾ cf. Handschriften der antiken Ärzte I (Abhandlungen der Berliner Akademie 1905) S. 89.

manu recentiore (P²) post annum 1597 (nam Gadaldini¹) interpretatio citatur) correctus est. Contulit Scott.

Q = Ambrosianus Graecus D 518 inf., saeculi XVIⁱ, desinit eodem loco quo P, habetque easdem notas marginales. Contulit Bretzl.

R = Ambrosianus Graecus D 293 inf., saeculi XVⁱ, negligenter scriptus, fere semper consentit cum L, ex quo exscriptum iure concludas (cf. imprimis IX 469,11 *χοε,αν* L, i. e. *χρείαν*, quod vocabulum praebent omnes alii codices; sed *χόραν* R¹. — IX 497,14 *νοσήματι κατὰ τὸν εἰρημένον σφυγμὸν οὐχ οἶόν τε γενέσθαι τὸ νοσήματι κατὰ τὸν εἰρημένον σφυγμὸν* R¹: verba *νοσήματι* ad *γενέσθαι* τὸ unum in L efficiunt versum, ut ipse vidit Luigi de Stefani); desinit eodem loco quo L. Sed hic codex R incultissime scriptus a librario recentioris aetatis (R²) emendatus scholiisque novis²) instructus est; legimus enim ibi praeter illas notas, quas PQST quoque codices exhibent, alias, quae saepissime locos parallelos ex aliis Galeni scriptis adhibitos respiciunt. At desunt in RL interpolationes quaedam, quae in QST in margine in HP codicibus etiam in textu sunt. Codicem R contulit Bretzl.

S et T = Ambrosianus Graecus C 120 sup., saeculi XVIⁱ, in quo codice synopsis f. 69 sqq. iterumque f. 109 sqq. eadem manu scripta est. S et T desinunt eodem loco quo P et Q, habentque easdem notas marginales. Contulit Bretzl.

Sufficiet ergo nobis de manuscriptorum cognatione haec constituere: HLR¹ et PQR²ST diversae originis familias constituunt et HLR¹ quidem codicum archetypus et scholiis et parte extrema carebat³), R² manuscripti fons scholia, sed non partem extremam⁴), PQST codicum exemplar commune utrumque habebat. Praeterea Augustini (Gadaldini⁵) exstat versio Latina, quae primum in septima Iuntina (1597) impressa est. Hic interpres compluribus

¹) vide not. 5.

²) Codicis R prima manus omnino non adscripserat notas.

³) H postea secundum alterius classis codicem correctus videtur, cum et nonnumquam consentiat cum PQR²ST et habeat interpolationes illas, de quibus supra locutus sum, tum extremae partis initium transcriptum praebet usque ad *ἐρρωμένη γὰρ ἡ δύναμις* cap. XXVIII § 12.

⁴) neque illas interpolationes marginales IX 442,11 et 508,12, de quibus infra accuratius disseram. cf. p. 27.

⁵) hominis Modenensis, qui floruit circa annum 1600.

manuscriptis usus est neque reiecit scholiastae coniecturas; porro commemorandum in parte extrema a PQST solis tradita apud Gadaldinum nonnullos versus legi (IX 537,6 K *ac ex tenuibus quidem et paucis fluxionibus minor fit inaequalitas* et 547,8 *quod autem futurorum praecognitio ex praesentibus fiat, saepius quidem iam et per ea quae superius dicta sunt ostendimus et nunc etiam necesse est ut totum sermonem per capita percurramus, initium sumentes a dignotione eorum quae futura expectamus*), qui illos codices deficiant: utrum igitur vir ille doctus melioribus codicibus an ipse aliis Galeni scriptis quae cum synopsi comparaverit sit usus, diiudicare non possumus.

Synopseos codices quod variis locis desinant gravissimam eorum differentiam esse vidimus; quod quomodo fieri potuerit nunc inquiramus. Quam ob rem, qua ratione liber ordinatus sit, examinandum erit; nam etiamsi artibus rhetoricis Galenus non nimium favebat, opus male dispositum, cum praesertim de epitome agatur, discipulis suis offerre certe non est ausus.

Prooemio, i. e. primis duobus capitibus, scriptor se libros suos perlongos summatim circumscribere necesse esse dicit, quia alii indocti malas eorum epitomas composuerint. Deinde ipse disponit materiam: primum de differentia, deinde de diagnosi, tum de causis, postremo de praedictione disserere sibi proposuit.

Prima pars — caput tertium dico — respondet libro de differentia pulsuum (*περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν*) primo: definitur quid sit pulsus; tabula componitur eorum, qui secundum quantitatem inter se differunt; de celeri et tardo, vehementi et tenui, duro et molli agitur. Ceterorum autem trium librorum (*περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν βγδ*) hic non oportebat haberi rationem, quia hae disputationes variorum medicorum definitiones pulsuum persequuntur¹⁾; itaque uno capite omnia absolvit.

Secunda parte (cap. IV—VIII) de diagnosi agitur; et capite quidem quarto eos impugnat, qui de plenitudine pulsuum loquuntur (excerptum hoc est ex toto fere de diagnosi libro quarto, *περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν δ*); capite quinto, num systole sensibus percipi possit (ex libro primo); capite sexto de rhythmico et inaequalitate pulsus inquiritur (ex III 3); capitibus septimo et octavo de diagnoseos ratione communi disputat, de qua capitibus libri tertii

¹⁾ cf. huius dissertationis appendicem p. 32.

de diagnosi (*περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν γ*) primo et secundo fusius accuratiusque disseruerat; sed nonnulla e libro secundo (Archigenis, qui formicantem pulsum celerem putet, erratum) et tertio (duri et vehementis pulsus diagnosis) attrahuntur. Quod his minutiis auctor a maioris operis dispositione deflectit, suo facit iure, quia hic aliud prorsus atque illic spectat. Sed hoc quoque loco cum nimiam suam brevitatem ipse sentiat, ut diligenter quattuor omnes de diagnosi pulsum libros perlegas, tibi suadet.

Plura capita (IX—XX) non immerito causarum disciplinae tribuuntur; sed ne hic quidem pari semper ordine progreditur, quod recte fecisse videtur; graviora vero omnia pertractata sunt.

Capite vicesimo primo praedictio incipit, et ea quidem idoneo ordine postquam pulsus vehementes, duri, inquieti, dicroti, undosi, caprizantes, vermiculantes, formicantes, myuri, myuri regredientes, se vertentes, se inclinantes, magni, parvi percursi sunt, denique quia non omnes viginti quinque, qui inter magnum et parvum sunt, separatim enumerare potest, viam et rationem praedictionis universam commendat.

Mea quidem sententia Galeno nihil amplius addendum erat; nam cum quae in animo habuerat (cap. I) peregerat omnia, tum liber ad 2143 versus normales (cf. Diels, Herm. XVII 377) accreverat, cum e. g. Thrasybulus, valde longus liber, 1878 tantum versibus normalibus constet.

Accedit quod hoc loco (IX 531,4) LR codices desinunt et dispositio sermoque eius partis, quae sequitur, graviter vituperandi sunt. Ad quam nunc nos vertamus! Sane primum de pinguium pulsibus pergitur; at caput duodetricesimum — capitum numeros semper secundum editiones, non secundum codices significo — hisce verbis incipit: *Νῦν δὲ περὶ τῶν σφυγμῶν εἶπωμεν, διὰ τὴν ἐπὶ ταῖς μετρίαις βλάβαις τῆς τε δυνάμεως ἄμα καὶ τῆς θερμοσίας πυκνοὶ μὲν γίνονται, μικροὶ δὲ οὐκέτι οὐδὲ βραδεῖς.* Nempe scriptor de quibuscumque vult rebus loquatur licet; sed quae plane a propositione abhorrent, aliter atque illis verbis annectere eum debere arbitror. Praeterea vero minime gentium, cur pulsus legitimi sint, docemur! Pergit: *τέσσαρες γοῦν συζυγίαι διάφοροι γίνονται, ἧ μὲν γὰρ διὰ θερμοσίαν μόνην ἢ διὰ ψύξιν ἀλλοιοῦνται.* Nos ex calore et frigore unam tantum coniunctionem facere possumus. Sed posteaquam de illis quoque coniunctionibus satis dictum videtur, quid nunc manet nos? Caput undetricesimum, cuius initium est: *Ἐπανέλθωμεν δὲ*

πρὸς τὰς ἐπὶ τῶν πυρετῶν προγνώσεις, ἵνα ὅποια ἐκάστων δια-
 γνωσεις ἐκ τῶν σφνυμῶν, ἐν τῷδε εἴπωμεν. Qualis transitio a
 quattuor illis coniunctionibus ad febrium praedictiones! Praeterea
 ,redire' quomodo possumus, quibus nihil dum explicatum sit? Et
 ad praedictiones redeundum nobis sit, ut diagnosin dicamus? Quis
 has tricas solvere potest? Capite tricesimo rursus improvisis atque
 inopinatis rebus opprimimur: *Τούτων δὲ διωρισμένων, ἐφεξῆς σκε-
 πτέον, τί ἕκαστος σφνυμὸς πρὸς τὴν κρίσιν σημαίνει.* Neque vero
 omnes pulsus enumerantur: breviter quae undosus altus durus
 vehemens significant explicatur; tum accurata de externa inter-
 naque motione quaestio cum secuta sit, de inaequali pulsu agitur.
 Capite tricesimo primo, quod monstrosa quadam sententia incipit,
 quam ubi de oratione agam explicabo (v. p. 11), de singularum
 corporis partium affectibus et quos quisque habeat pulsus scriptor
 loquitur; sed omnium potissimum cor omittit vel potius ad alterum
 libri locum quem ceterum toto scripto frustra quaeres, lectorem
 relegat. Capite tricesimo secundo ad externas causas velut balnea
 gymnasia potiones transgreditur quomodo haec pulsus commutent,
 sed eodem uno capite plane improviso de insidiosis pudicisque
 hominibus et rursus de magni pulsus diagnosi legere possumus!
 Caput tricesimum tertium hisce verbis incipit: *Ἐπεὶ δὲ λέλεκται
 περὶ τῶν μεγάλων τε καὶ μικρῶν τί σημαίνουσιν, ἤδη ἐν τῷ παρόντι
 μειυτέον ἐσιν ἐπὶ τὸν περὶ πυκνότητός τε καὶ ἀραιότητος λόγον.* Haec
 transitio num Galeno digna est? Quis est, quin neget? Porro uno
 fere tenore de duplici pulsum quiete (§ 12 *διττὴ δὲ ἐστὶν ἡ τῶν
 σφνυμῶν ἡρεμία*) et de eorundem periculo tractatur: § 35 *καλῶς δὲ
 ἔχει ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν ἐν ἅπασιν τοῖς τῶν σφνυμῶν γένεσιν ἀκρο-
 τήτων.* Imprimis respiciuntur et caprizans pulsus et dicrotus, quorum
 subinde duae mentiones tibi occurrunt: § 51 *ὁ γε δορκαδίζων
 σφνυμὸς ἐκ τοῦ γένους μὲν ἐστὶν τῶν ἐν ἡσυχία διαλαμβανομένων,
 ἐπιγίνεται δὲ ἐνίοτε τοῖς τοιούτοις πάθεσι τῆς καρδίας* (sed quales
 sint hi affectus antea non dictum est), *ὥσπερ γε καὶ ὁ δίκροτος,
 ἐκ τοῦ γένους μὲν ἐστὶ τῶν εἴσω ἀνθελκομένων, συνεδρεύει δὲ καὶ αὐ-
 τὸς ἐστὶ ὅτε ταῖς ἀνομαλίας (sic!) τῆς καρδίας δυσκρασίαις* et mox
 § 56 *καθ' ἕκαστον δὲ μέρος ἐν μὲν τῷ διακεκῶσθαι (!) σαφῶς, ἐξ ὧν
 ἐστὶ καὶ ὁ δορκαδίζων· ὡσάντως δὲ καὶ ἐν τῷ παλινδρομεῖν, ἐξ ὧν
 ἐστὶ καὶ ὁ δίκροτος. καὶ ὁ μὲν δορκαδίζων ἐστὶν ἐκ τῶν κατὰ μίαν
 διαστολὴν ἀνωμάτων.* Sed optimum nunc nobis servatur ad ex-
 tremum caput adeuntibus: *Τὰ μὲν προτεθένια πάντα ἤδη τέλος ἔχει*

καὶ γὰρ ἐν ἐκάστῳ μορίῳ διαθέσεις ἀπάσας ὑπελθόντες ἐδηλώσαμεν, ὁποῖόν τινα ἐκάστη τροπὴ ἐργάζεται σφυγμὸν· νῦν δὲ εἰς ὀλίγα κεφάλαια τὴν σύνοψιν αὐτῶν ἀγαγεῖν πειραθῶμεν. Sed singula perpendamus! ἐν ἐκάστῳ μορίῳ διαθέσεις ἀπάσας ὑπελθόντες ἐδηλώσαμεν minime recte est dictum; haudquaquam enim scriptor omnes omnium corporis partium affectus tractavit. νῦν δὲ εἰς ὀλίγα κεφάλαια τὴν σύνοψιν αὐτῶν ἀγαγεῖν πειραθῶμεν. Qui fieri potest, ut nunc demum, ubi paene ad extremum synopseos finem pervenimus, synopsis nobis promittatur? Nequeo videlicet totum caput hoc loco describere; quod qui perlegerit, multa inveniet, quae synopsi usque ad hunc locum perlecta ei ignota fuerunt. At, si universum spectaveris, hoc ultimum caput non e tam variis dissipatisque sarturis contextum tibi videbitur quam alia, de quibus modo egimus. Quid igitur sibi vult totus finis? Sed ante de sermone nonnulla exponere volumus.

Galenum pulsum synopsis scripsisse eamque nobis traditam esse nemo adhuc negavit. Kühn praeter illa verba, quae in appendice p. 36 citavi, priusquam textum Graecum reperit, in praef. vol. I ad no. 41 dicit haec: *In ipso libro non occurrunt, quae efficiant, ut dubitemus, quin sit genuinus.*¹⁾ Quae recta sunt neque demonstratione egent. At extrema quoque pars, quam Kühn nondum noverat, num cum Galeni loquendi ratione congruat, iam indagemus. Hiatum eum evitasse inter omnes constat²⁾; neque primis viginti septem capitibus sunt, quae aurem subtiliorem offendant. Sed legis XXIX 9³⁾ τοῦθ' ἔχει ἀχώριστον τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ σημεῖον, 24 τὰ μὲν οὖν ἀλλὰ πάντ' αὐτῶν γνωρίσματα ἐν τῇ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς πραγματεία (PQ πραγματείας) ἐσκοπούμεθα, XXXI 4 ἐγγὺς ἐκείνη ἐστὶ τὰ ἀναπνευστικὰ μόρια, 30 ἐπὶ δὲ τῷ διαφράγματι δυσκραγοῦντι ἄνευ πυρετοῦ, σκληρὸς μὲν γίνεται, 70 ἐπὶ δὲ τοῦ σπληνὸς σκίρρω ἴδομεν (sic!), 71 ὁ σφυγμὸς ἔχει ἀμφοτέρων διαθέσεων σημεῖα, 77 καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπὸ τῶν ἔνδον αἰτίων ἐργάζεται, XXXII 25 περὶ δὲ τοῦ μικροτέρου ὁ αὐτὸς λόγος, XXXI 35 καλῶς δὲ ἔχει ἐπισκέψασθαι, 52 τῶν εἴσω ἀνθελ-

¹⁾ Latinis tantum cognitis dicit haec.

²⁾ Diels, Jenaer Literaturzeitung 1875,9; Marquardt, Galeni scripta minora I praef. p. XLVII sqq.; Petersen, de Galeni de placitis Hipp. et Plat. libr. quaestiones criticae p. 37 sqq.; Kalbfleisch, Galeni institutio logica, praef. p. VII sq.; de victu attenuante praef. p. XXI sq.

³⁾ adde XXIX 7 προσέχειν δὲ νοῦν δεῖ ἀκριβῶς ἐνταῦθα.

κομένων, 53 εἰ αἰθαλώδη περιπτώματα. Sed de his postea accuratius dicetur.

XXXI 13 περὶ ἀλλοιώσεως χρείας ἐκλυθείσης, ἣν ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν, sermo est; neque vero inveniri potest hic locus tota synopsi.

Porro quae monstrositas sententiarum! XXXI 1 ἐπεὶ δ' ἡ οὐσία τῆς δυνάμεως ἐκάστου τῶν μορίων ἐν τῇ καθ' ἑαυτὸν αὐτῶν εὐκρασία τέταται, (τότε γὰρ ἐπιτελεῖ τὸ ἴδιον ἔργον εὐρώστως, ὅταν εὐκρατίστατον ᾖ, καὶ μέντοι καὶ κακῶς ἐργάζεται δύσκρατον γενόμενον, καὶ εἰς τοσοῦτόν γε κακῶς, εἰς ὅσον δύσκρατον), διὰ τοῦτο πρόκειται ἡμῖν λέγειν ἐξῆς, ὁποῖός τις σφυγμὸς ἐκάστη τῶν ἄλλων τοῦ σώματος ἐπεται διαθέσει· quia facultatis substantia in bona consistit temperatura, ideo dicere vult, qualis pulsus singulas aliorum (?) corporis affectiones sequatur? Haecine est disserendi elegantia? Quae sunt „alia“? Sunt excepto corde corporis partes! Sed quis potest hoc divinare, si illam legit sententiam?

XXXII 25 περὶ δὲ τοῦ μικρότερου ὁ αὐτὸς λόγος, μικρότερος γὰρ ἑαυτοῦ γίνεται ἤτοι τῆς δυνάμεως ἀσθενεσιτέρας ἀποτελεσθείσης, ἢ τῶν ὀργάνων σκληροτέρων, ἢ τῆς χρείας ἐκλυθείσης. ἀλλ' οὐθ' ἡ δύναμις ἀσθενεσιτέρα γέγονε νῦν, ἢ πάντως ἀμυδρότης συνῆν τῇ σκληρότητι, οὔτε τὸ σῶμα τῆς ἀριθρίας σκληρότερον, οὔτω γὰρ μὴ μόνον μικρότερος, ἀλλὰ καὶ σκληρότερον(!) ἦν ὁ σφυγμὸς· λοιπὸν οὖν τὴν χρείαν μόνον ἀλλοιωῦσθαι (sic!). Patet scriptorem subito de certa quadam causa loqui; sed de quali agatur, omnino nisi vates es celaris!

XXXIV 33 ἡ φυσικὴ (scil. δύναμις) δὲ τό τε οἰκεῖον εἰς τὴν θρέψιν ἔλκειν καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἀποκρίνειν. Quid post nominativum ἡ φυσικὴ infinitivi ἔλκειν et ἀποκρίνειν significant? Primo obtutu nihil nisi cuiusvis librarii neglegentiam putaveris; et recte quidem, nisi haec mirum in modum aliter dissolverentur: vide pag. 22,25.

Porro haec monenda sunt: XXXII 40 ταῦτα δὲ διορίζεσθαι χρὴ ἀνάλογον τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τῶν θερμαιόντων αἰτίων. αὕτη μὲν γὰρ οὐσία τῶν μεγάλων τε καὶ μικρῶν σφυγμῶν κατὰ τὸν κύκλον τῆς ἀριθρίας συνίσταται. Non habet αὕτη in priore disputatione quo referatur. Gadaldinus vero, quod vertit *ipsa quidem essentia*, αὕτη legisse videatur; quod cum fieri non possit, ut postea ostendam, e falsa coniectura interpretatus videtur esse. Sed de his postea!

Praeterea XXXI 33 εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τῇ εἰσαγωγῇ. Galenus autem, etsi ἐν τῇ εἰσαγωγῇ non abhorret a bono Graeci sermonis genere, tamen semper hunc librum *περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγο-
μμένοις* nominat: cf. IX 105,8 *καὶ τάξιν γε τὴν αὐτὴν ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ*, ἦνπερ *κὰν τῷ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένῳ πεποιεῖσθαι*, 156,7 *διὰ τοῦ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένου περὶ σφυγμῶν ἐφθάσαμεν εἰρηκέναι*, 157,12 *ἐκ τοῦ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένου βιβλίου*, 463,6 *ἔμαθες δὲ περὶ τούτων ἐν τῷ γεγραμμένῳ βιβλίῳ τοῖς εἰσαγο-
μμένοις περὶ σφυγμῶν*, scr. min. II 84,4 *καὶ τὸ περὶ τῶν σφυγμῶν, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ παραπλησίως ἐπιγέγραπται „περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγο-
μμένοις“*, 94,9 *τοῖς δ' εἰσαγομένοις ὑπηγορεύθη τὸ περὶ τῶν ὀστέων καὶ τὸ περὶ τῶν σφυγμῶν*, 110,10 *καὶ χωρὶς αὐτῶν τὸ περὶ χρείας σφυ-
γμῶν (καὶ τὸ περὶ σφυγμῶν addidit Ilberg, Rh. Mus. 44,221) τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένον.*¹⁾

Gravissimum vero adhuc distuli: XXXI 3 εἵπομεν δὲ περὶ τῶν καρδίας ἐν τῷ περὶ τῶν πυρετῶν λόγῳ. Quae antecedunt vide p. 11,6; quod autem cor strictim attingit, quae dixi p. 9,15 *περὶ τῶν καρδίας* scilicet opinor *διαθέσεων*, sed ἐν τῷ περὶ τῶν πυρετῶν λόγῳ? At haec afferendi ratio plane a Galeno aliena. Non enim, qui illa verba composuit, libros Galeni de febribus scriptos intellegi vult (*περὶ διαφορᾶς πυρετῶν βιβλία δύο*), sed locum quendam tertii de praedictione libri IX 332 sqq., quo accuratius de febribus agitur. Tam indiligenter Galenum numquam sua ipsius verba laudare tu quidem, cum eius scripta perlegeris, non ignorabis; sed vide quaeso locos qui p. 23,12 sqq. a me comportati sunt.

Sed cum in universum bonae et Galeni propriae doctrinae nobis legentibus occurrant huiusque partis sermo saepe congruat cum oratione Galenea, quaerimus, unde haec omnia petita sint. Iure enim cogitatio nobis subit hominem quendam (sive Galenum ipsum sive alium) finem libri ab aliis Galeni scriptis mutuatum esse, quae cogitatio probabilitate augetur strenue nobis eius libros

¹⁾ IX 431,4 *ἐνιοὶ μὲν εἰσαγωγὰς ἢ ὑπογραφαὶς ἢ ὑποτυπώσεις ἀναγινώσκουσιν* cum locis supra allatis comparari non potest, quia non de libro suo loquitur. At de IX 463,10 *ἀλλ' ἔχειν τοὺς φιλοπονεῖν βουλομένους ἐν ἐλαχίστῳ μὲν τα πρῶτα καὶ ἀναγκαιότατα κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν* et IX 471,17 *τὰ κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν γεγραμμένα* vide quae dicam p. 29. Sed in libro de causis pulsuum quarto interdum, ut explicationibus varietatem det, post *ἐκ* praepositionem vocabulum *εἰσαγωγῆ* adhibet. Sunt loci hie tres IX 170,5 *αὕτη μὲν ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς ἢ ὄψις*, 192,7 *ἢ μὲν ὄψις ἢ ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς αὕτη*, 199,5 *ἢ μὲν ἐκ τῆς εἰσαγωγῆς ὄψις αὕτη*.

perscrutantibus. Sic omnia exceptis paucis verbis quae ad trans-
eundum inserta sunt, apud eum reperiemus (vide tabulam infra
compositam). Sed Galenum, quem Romanae aetatis summum no-
vimus et medicum et scriptorem, tam ieiune et insulse se ipsum
excerpsisse putesne liceat? Minime, quod quamquam multis exem-
plis demonstrari potest, uno comprobare satis esto. In principio
et synopseos et isagogae et primi de differentia pulsuum libri itidem
de pulsuum varia quantitate diastoles loquitur; tres igitur hos locos
iuxta positos qui comparaverit plane inter se dispares esse quin
iudicaturus sit erit nemo:

ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑ

VIII 502,14 Αἰ δὲ
κατὰ τὸ ποσὸν τῆς δια-
στολῆς διαφοραὶ σφυγ-
μῶν, αἱ μὲν κατὰ μίαν
νοοῦμεναι διάστασιν ἐν-
νέα τὸν ἀριθμὸν εἰσι,
καθ' ἑκάστην τῶν τριῶν
διαστάσεων τρεῖς. κατὰ
μὲν τὸ μῆκος τῆς ἀρτη-
ρίας ὅστις σύμμετρος ἐν
αὐτῶι καὶ ὅστις ἂν ὑπερ-
βάλλῃ τοῦδε ἢ ἐλλείπῃ·
καλεῖται δὲ ὁ μὲν ὑπερ-
βάλλον μακρός, ὁ δὲ
ἐλλείπων βραχύς. κατὰ
δὲ τὸ πλάτος ὃ τε σύμ-
μετρος ἐν αὐτῶι καὶ οἱ
ἄμετροι δύο, πλατύς μὲν
ὁ ὑπὲρ τὸ σύμμετρον, ὁ
δ' ἐναντίος αὐτῶι στε-
νός. κατὰ ταῦτά δὲ κἂν
τῆι κατὰ βάθος δια-
στάσει τῆς ἀρτηρίας ὁ
μὲν ἔσται σύμμετρος ὁ
δὲ ὑψηλὸς ὁ δὲ ταπει-
νός.

ΤΟΙΣ

ΕΙΣΑΓΟΜΕΝΟΙΣ

VIII 455,1 Ἀπιο-
μένωι δὲ σοι φανεῖται
διαστελλομένη κατὰ πᾶ-
σαν διάστασιν ἡ ἀρτηρία.
τρεις δ' εἰσὶ διαστάσεις
παντὸς τοῦ σώματος, εἰς
μῆκος βάθος καὶ πλάτος.
ἀλλ' ἐν τῶι κατὰ φύσιν
ἔχειν τὸ ζῶιον συμμέ-
τρως πάνυ διαστελλο-
μένην εὐρήσεις τὴν ἀρ-
τηρίαν· ἐν δὲ τῶι παρὰ
φύσιν ἔχειν ἔστιν ὅπη τὸ
μὲν ἐλλείπει τὸ δ' ὑπερ-
βάλλει καθ' ἠντιναοῦν
διάστασιν. ἐν τούτῳι
χρῆ μεμνημένον σε, οἷος
ἦν ὁ κατὰ φύσιν σφυγ-
μός. καὶ εἰ μὲν τῶι πλα-
τει μείζων ὁ παρὰ φύσιν
εὐρίσκοιτο πλατὺν κα-
λεῖν, εἰ δὲ τῶι μήκει
μακρόν, εἰ δὲ τῶι βάθει
ὑψηλόν· καὶ τοὺς ἐναν-
τίους αὐτοῖς τοὺς ἐλάτ-
τους τοῦ κατὰ φύσιν

ΣΥΝΟΨΙΣ

IX 436,4 Τὸ μὲν
οὔν διάστημα τῆς κινή-
σεως ἐπειδὴ κατὰ τε τὸ
μῆκος καὶ πλάτος καὶ
βάθος τῆς ἀρτηρίας γί-
νεται, τρεῖς ποιήσει τὰς
ἀπλᾶς τε καὶ πρώτας
διαφοράς. μίαν μὲν κατὰ
τὸ μῆκος, ἐτέραν δὲ κατὰ
τὸ πλάτος, καὶ τρίτην
κατὰ τὸ βάθος ἢ ὕψος
(ἐκατέρως γὰρ ὀνομάζε-
ται). ἐὰν μὲν οὔν τοῦ
κατὰ φύσιν ὁ νῦν φαι-
νόμενος σφυγμὸς εἰς
ὕψος ἀνίηι πλεῖον, ὑψη-
λὸς κληθήσεται· καθά-
περ γε κἂν εἰς πλάτος
ἐκτείνηται μᾶλλον τοῦ
κατὰ φύσιν, πλατύς·
οὔτω δὲ καὶ ἐὰν κατὰ
μῆκος πλεῖον τοῦ κατὰ
φύσιν ὑποπίπτῃ τοῖς
ἀπτομένοις, μακρός. εὐ-
δηλοὶ δὲ καὶ οἱ ἐναντίοι
τούτοις ὁ ταπεινὸς καὶ

ὀνομάζειν ἀνά λόγον
στενὸν καὶ βραχὺν καὶ
ταπεινόν. τῶν δὲ ἐν
πάσαις ταῖς διαστάσεσιν
ὁμοίως εἰς τὸ παρὰ φύσιν
τρεπομένων ὁ μὲν πάντη
μειωθεὶς μικρὸς ὁ δὲ
πάντη αὐξηθεὶς μέγας
ὀνομάζεται. αὗται μὲν
αἱ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς
διαστολῆς ἐν σφυγμῶι
διαφοραί.

στενὸς καὶ βραχύς. ὁ δὲ
καθ' ἐκάστην τῶν τριῶν
διαστάσεων κατὰ φύσιν
ἔχων σφυγμὸς σύμμετρος
ὀνομασθήσεται κατ' ἐκεί-
νην τὴν διάστασιν.

Vides, quam variis verbis Galenus utatur ad unum argu-
mentum.

Porro Galenus, ubi sua ipsius verba affert, semper librum ex
quo hausta sunt significat, semper aliquid novi aliquid accuratius
addit, velut imprimis tertio et quarto de causis pulsuum libro (περὶ
αἰτίων τῶν σφυγμῶν γ δ); huius quoque rei exemplum supponam:
repetit scriptor IX 131,1 isagogae VIII 466,10 verba haec: „Ἐν δὲ
τῷ κύειν οἱ σφυγμοὶ μείζονες καὶ πυκνότεροι καὶ ὠκύτεροι γίνονται,
τὰ δ' ἄλλα φυλάττουσιν.“ Sed huius rei explicandae causa haec
subicit: Ἐπὶ τῶν κνουσῶν οὐδὲν παρήλλακται τῶν πρόσθεν ἢ τὰ τῆς
χρείας. ἦτις δ' ἂν ἦδε ἦι, πάντως ἐπιτείνεται τε καὶ προσαυξέεται
μηκέτι τῆς γυναικὸς ἐαντιῆι μόνον ἀναπνεῖν τε καὶ σφυῖν ἀλλὰ καὶ
τῷ κνουμένῳ θεομένης. ὥστ' εὐλόγως ὠκύτεροι μὲν καὶ μείζονες ἔσον-
ται καὶ πυκνότεροι, οὐ μὴν σφοδρότεροί γε ἢ ἀμυδροτέροι ἢ σκληρό-
τεροι ἢ μαλακώτεροι κατ' αὐτὸν γε τὸν τοῦ κύειν λόγον. οὐδὲ γὰρ ὅσον
ἐπὶ τούτων τὰ τῆς δυνάμεως τῶν ὀργάνων ταῖς κνουσῆσιν ὑπαλλάττεται.
Cf. appendic. p. 34—35.

Contra extremam synopseos partem nihil esse nisi locorum ex
aliis Galeni scriptis consutorum centonem cum duobus exemplis
tum tabula integra evincatur:

περὶ προγν. σφυγμ. γ IX 371,8

Ὅτι μὲν δὴ τρία ἔστι τὰ πάντα
αὐτῶν¹⁾ γένη, δέδεικται δι' ἐτέρων·
ὅποια δὲ τις ἐκάστου διάγνωσις ἐκ

¹⁾ febrrium.

σύνοψις cap. XXIX § 1

ἐπανέλθωμεν¹⁾ δὲ πρὸς τὰς ἐπὶ
τῶν πυρετῶν προγνώσεις, ἵνα
ὅποια ἐκάστου διάγνωσις ἐκ τῶν

¹⁾ cf. p. 8—9.

σφυγμῶν, ἐν τῷδε ῥητέον. οἱ μὲν ἐφημεροὶ πάντες εἰς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα τρέπουσι τοὺς σφυγμοὺς ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς· εἰ γὰρ ἐπιμειγνύοιτό τις ἄλλη διάθεσις, ἀνάγκη μεικτὴν γενέσθαι τὴν τροπὴν ἐξ ἐκείνης τε καὶ τῆς κατὰ τὸν λόγον τοῦ πυρετοῦ συνισταμένης. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐκτικοὶ τῶν πυρετῶν εἰς τὰς αὐτὰς διαφορὰς ἀλλοιοῦσι τοὺς σφυγμοὺς ὅσον γ' ἐφ' ἑαυτοῖς καὶ πλεόν γ' ἐπὶ τούτοις ἐξαλλάττεται τὸ τάχος. οἱ δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν ἐν μὲν ταῖς ἀκμαῖς ἀμφοτέρως ἔχουσι τὰς κινήσεις ταχείας, τὴν τε τῆς διαστολῆς καὶ τὴν τῆς συστολῆς· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς πυκνότητας ἀμφοτέρως ὁμοίως ἀλλοιοῦσι, τὴν τε κατὰ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν γινομένην καὶ τὴν κατὰ τὴν ἐντός· ἐν δὲ ταῖς εἰςβολαῖς οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτείνουσι τῆς συστολῆς τὸ τάχος· ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι καὶ τοῦτο μὲν καὶ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν ἐπὶ πλεῖστον συνεργοῦσιν¹⁾, ὡς πυκνότερον φαίνεσθαι κατ' αὐτὴν τὸν σφυγμὸν. οὗτοι μόνοι πυρετῶν εἰσὶν ἴδιοι σφυγμοὶ κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον· οἱ δ' ἄλλοι πάντες οἱ τοῖς πυρέσσουσι συμπίπτοντες ἄλλη τινὶ διαθέσει μᾶλλον ἢ τῇ τῶν πυρετῶν ἔπονται. δύο δ' ἐστὶ γένη κακείνων τῶν διαθέσεων, ἢτοι τῆς δυνάμεως ἢ τῶν ὀργάνων ἢ κακώσεως· ἐδείχθη γὰρ ὡς εἰς τρία χρῆ βλέποντας ταῦτα ἐξευρίσκειν τὰς ἀλλατιούσας αἰτίας τὸν σφυγ-

σφυγμῶν, ἐν τῷδε εἰπώμεν. οἱ μὲν οὖν ἐφημερινοὶ πάντες εἰς μέγεθος, καὶ τάχος, καὶ πυκνότητα τρέπουσι τοὺς σφυγμοὺς, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς.

ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐκτικοὶ τῶν πυρετῶν εἰς τὰς αὐτὰς διαφορὰς ἀλλοιοῦσι σφυγμούς, ὅσον γε ἐφ' ἑαυτοῖς. καὶ πλεόν γ' ἐπὶ τούτοις ἐξαλλάττεται τὸ τάχος. οἱ δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν· ἐν μὲν ταῖς ἀκμαῖς ἀμφοτέρως ἔχουσι τὰς κινήσεις ταχείας τὴν τε τῆς διαστολῆς καὶ τὴν τῆς συστολῆς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς πυκνότητας ἀμφοτέρως ὁμοίως ἀλλοιοῦσι·

ἐν δὲ ταῖς εἰςβολαῖς οὐχ ὁμοίως. ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτείνουσι τῆς συστολῆς τὸ τάχος. ἐν δὲ τοῖς ἀναβάσεσι, καὶ τοῦτο μὲν, καὶ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν δ' ἐπὶ πλεῖστον συνεργοῦσιν, ὡς πυκνότερον φαίνεσθαι κατ' αὐτὴν τὸν σφυγμὸν καὶ οὗτοι μόνοι πυρετῶν εἰσὶν ἴδιοι σφυγμοὶ κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον· ἄλλοι

δὲ ταῖς ἀλλαις διαθέσεσιν μᾶλλον ἔπονται. δύο δ' ἐστὶ γένη τῶν τοιούτων διαθέσεων, ἢτοι τῆς δυνάμεως, ἢ τῶν ὀργάνων ἢ κακώσεως· εἰς γὰρ τρία ταῦτα χρῆ βλέποντας εὐρίσκειν τὰς τοὺς σφυγμοὺς ἐλατιούσας αἰτίας,

¹⁾ cf. p. 24.

μόν, ὄργανόν τε καὶ χρεΐαν καὶ δύ-
ραμιν.

Porro affero:

περὶ προγν. σφυγμ. ᾧ IX, 216,19

Ἐφεξῆς δὲ τοῦ κάμνοντος τὸ
ἔθος τε καὶ τὸ ἦθος¹⁾). εἰ μὲν γὰρ
ἄλλω τινὶ χρόνῳ καὶ μὴ τῷ παρ-
οξυντικῷ μέγεθος ὁ σφυγμὸς προσ-
εκησάτο, πιθανὸν ἀπὸ τοῦ θερμαί-
νοντος φαρμάκου μᾶλλον, οὐ λόγῳ
παροξυσμοῦ γεγενῆσθαι τὴν ἀλλοίω-
σιν· εἰ δ' ἐν τῷ παροξυντικῷ, πιθα-
νώτερον ἐπισημασίας λόγῳ, διορι-
σθήσεται δὲ ἀκριβῶς εἰ βραχὺ δια-
λιπόντες αὐθις ἀψαίμεθα. τὴν μὲν
γὰρ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου θερμοότητα,
δι' ἣν ὁ σφυγμὸς ἐπέδωκεν, αἰεὶ καὶ
μᾶλλον ἐκλύεσθαι συμβαίνει τοῦ
χρόνου προϊόντος, ἐπιτείνεσθαι δὲ
τὴν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ. αὕτη μὲν
οὖν ἡ διάγνωσις ἐκ τῶν ἰδίων τῆς
τέχνης ἐστίν· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ ἔθους
τε καὶ ἦθους τῶν καμνόντων ἐξ ἐπι-
μέτρου προσέρχονται. τινὲς μὲν γὰρ
ἀήθεις ἔεισι καὶ φοβεροὶ πρὸς τὰς
τῶν φαρμάκων πόσεις, ἔνιοι δὲ συνή-
θεις τε καὶ χωρὶς φαρμάκων ζῆν
οὐχ ὑπομένοντες. καὶ τοίνυν ἡ πρό-
γνωσις τοῦ προσενηνέχθαι τι φάρ-
μακον θερμαῖνον ἐπὶ μὲν τῶν ὑπ-
όπτων πρὸς αὐτὰ πανιάπασιν ἀμυ-
δρὰ καὶ βραχεΐα, μεγάλη δὲ ἐπὶ
τῶν εἰθισμένων. ἦδη δὲ καὶ τὸ
ἦθος αὐτὸ τοῦ κάμνοντος εἰς τὴν
τοιαύτην πρόγνωσιν οὐκ ὀλίγα συν-
τελεῖ. τινὲς μὲν γὰρ ἐνεδρευτικοί

¹⁾ scil. δεῖ σκοπεῖν.

ὄργανόν τε καὶ χρεΐαν καὶ δύ-
ραμιν·

σύνοψις cap. XXXII § 13

ἔπειτα δὲ τοῦ κάμνοντος, καὶ τὸ
ἔθος. εἰ μὲν γὰρ
ἄλλω τινὶ χρόνῳ, καὶ μὴ τῷ παρ-
οξυντικῷ μέγεθος ὁ σφυγμὸς παρ-
έλαβεν, πιθανόν ἀπὸ τοῦ θερμαί-
νοντος φαρμάκου μᾶλλον, οὐ λόγῳ
παροξυσμοῦ γεγενῆσθαι τὴν ἀλλοίω-
σιν· εἰ δ' ἐν τῷ παροξυσμῷ, πιθα-
νώτερον ἐπισημασίας λόγῳ. διορίσεις
δὲ ἀκριβῶς, εἰ βραχὺ δια-
λείπων, αὐθις (!) ἀψει· τὴν μὲν
γὰρ ἀπὸ τοῦ φαρμάκου θερμοότητα,
δι' ἣν ὁ σφυγμὸς ἐπέδωκεν, αἰεὶ, καὶ
μᾶλλον ἐκλύεσθαι συμβαίνει τοῦ
χρόνου προϊόντος, ἐπιτείνεσθαι δὲ
τὴν ἐκ τοῦ παροξυσμοῦ·

κατὰ δὲ τὸ ἔθος
τε, καὶ τὸ ἦθος, ἰστέον,
ὅτι τινες μὲν
ἀήθεις εἰσί, καὶ φοβεροὶ πρὸς τὰς
τῶν φαρμάκων πόσεις, ἔνιοι δὲ συνή-
θεις.

ὁμοίως καὶ περὶ
τῶν ἐθῶν,

τινὲς, μὲν γὰρ ἐνεδρευτικοί

ἢ εἰσὶ καὶ καταβλητικοὶ τῶν πέλας, ἐξελέγγειν ἄπαντας ὡς μηδὲν βέβαιον ἐπισιαμένους ἔργον πεποιημένοι· τινὲς δὲ ἀπλοῖ τε καὶ χρηστοὶ καὶ πάντα φανερώς διαπρατιόμενοι καὶ μηδὲν ὑποστελλόμενοι μηδὲ κρύπτοντες. ἐπὶ μὲν δὴ τούτων οὐδὲν ὑπονοεῖν χρὴ πεπραχθαι λαθραίως, ἐπὶ δὲ τῶν ἐνεδρενόντων ὑποπτέειν προσήκει πάντα καὶ περισκέπτεσθαι καὶ διορίζεσθαι τὰ τε κατὰ τὸν ἴδιον λόγον τῆς τέχνης ὑποπίπτοντα ταῖς διαγνώσεσι καὶ τὰ παρὰ τῶν ἔξωθεν προσερχόμενα.

τε εἰσιν, καὶ ἐξελέγγειν ἄπαντας, ὡς μηδὲν βέβαιον ἐπισιαμένους, ἐπιθυμοῦντες. τινὲς δὲ ἀπλοῖ, καὶ χρηστοὶ,

ἐπὶ μέντοι τούτων οὐδὲν ὑπονοεῖν χρὴ πεπραχθαι λαθραίως. ἐπὶ δὲ τῶν ἐνεδρενόντων. ὑποπτέειν προσήκει πάντα.

Sequitur in libro de praed. I historia hominis cuiusdam, qui semper medicamenta biberit. Quae excerpenti ratio a Galeni propria, quam supra demonstravimus, eo differt, quod eadem iisdem verbis dicuntur sine ullo additamento, quo ea, quae iam in alio quodam libro scripta sunt, accuratius uberiusque explanentur.

Sed longum est omnia exscribere: **interpolatorum** fuisse qui synopseos confecerit extremam partem inde a cap. XXVII § 44 neminem puto etiam negaturum. Conspectum nunc apponam singulorum locorum, qui ab eo exscripti sunt:

XXVII 44—ἔσται	transitio interpolatoris
44—47	VIII 812,9—813,1 K
48	809,16—810,1
XXVIII 1—εἶπωμεν	IX 26,8—9
1	27,7—10
2—4	26,14—27,2
5—6	28,7—14
7—14	18—30,6
XXIX 1—ἴνα	transitio interpolatoris ¹⁾
1	IX 371,10—12
2—4	14—372,2
5—8	3—373,2
9	374,12—16

¹⁾ vide p. 14.

10	18—375,7
11—15	377,6—18
16—27	378,1—380,2
XXX 1—σημαίνει	transitio interpolatoris
XXX	IX 763,6—764,6
XXXI 1	244,6—10
2—4 (ἔστι)	ineptiae interpolatoris
4—7	IX 392,13—16
8—ἀναβάλλεται	393,1—3
8—9	392,17—393,1
10—11	393,13—17
12—13	394,9—12
14—16	395,8—14
17—18	17—396,1
19	396,5—8
20—23	397,7—19
24—27	398,7—399,1
28—νοσοῦντος	399,8
28—30 (δυσπραγοῦντι)	399,11—400,3
30—32	400,17—401,10
33—ὅτι	interpolator fontem indicat
33—34	VIII 477,6—478,1
35—37	IX 401,16—402,2
38—43	403,3—404,13
44	405,6—7
45—58	408,17—411,8
59—60	412,3—13
61—σκληρότητι	ineptiae interpolatoris
61—62	IX 412,18—413,5
63—74	414,11—416,9
75—76	416,16—417,1
77	conclusio interpolatoris
XXXII 1—9	IX 214,4—215,14
10—11	216,2—7
12	pro maiore sententia
13—17	IX 216,18—217,14
18—20	17—218,5
21—24	221,9—222,5
25—λόγος	pro maiore sententia

25—42	IX 223,9—227,4
43	226,9—10 quae verba supra omissa sunt
XXXIII 1	transitio interpolatoris
2	IX 275,11—12
3—11	276,7—277,6
12— <i>ἡρεμία</i>	275,13—14
12—24	286,4—288,5
25	transitio interpolatoris
26	commutatio interpolatoris
27—35	IX 289,15—291,1
36—38	9—14
39	17—292,2
40—46	13—293,4
47—50	18—294,5
51—52	303,12—16
53	commutatio interpolatoris
54—56	VIII 459,4—12
57	556,1—3
58	7—9
59	interpolator fontem indicat
60	IX 296,10—297,2
XXXIV 1—19	417,4—420,10
20—26	421,7—422,14
27—30	423,3—13
31—33	424,13—18
34—36	425,3—8
37	426,16—427,2
38—42	14—428,3
43—46	15—429,9
47—49	16—430,3

Quae omnia tam infeliciter et imprudenter electa conglutinataque sunt, ut opus vilissimum evaserit, quocum comparata compendia app. p. 36, not. 1 descripta bona existimanda sunt. Gravissima quaeque silentio praetereuntur, veluti in capite duodetricesimo, quo de quattuor coniunctionibus ex debilitate vigore frigore calore compositis loquitur, ne indicat quidem esse etiam quattuor alias ex mollitie duritie frigore calore, denique octo alias ex de-

bilitate, usu deminuto, mollitie, duritie, usu aucto, vigore compositas, quae non minus respiciendae erant quam quattuor priores. At enim hominem illum non sine dolo scripsisse, sed magni medici personam consulto tulisse demonstratur talibus locutionibus:

XXIX 7 προσέχειν δὲ νοῦν δεῖ ἀκριβῶς ἐνιαῦθα

XXXI 33 εἴρηται δ' ἡμῖν ἐν τῇ εἰσαγωγῇ,

XXXI 44 ἔπειμι δὲ τὰς τῶν ἄλλων ὀργάνων δυσκρασίας,

XXXI 77 καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπὸ τῶν ἔνδον αἰτίων ἐργάζεται,

XXXI 34 ἀλλ' οὐ χρεὴ μὴκύνειν ἐν τῷ νῦν λόγῳ περὶ τούτων,

XXXII 43 δις γὰρ περὶ ὁμοίων λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον,

XXXII 59 εἶπομεν δὲ ἐν τῇ περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν τὴν τῆς ὀνομασίας αἰτίαν.

Sed haec verba et valde ignari imitatoris nec plerumque suo loco esse apparet.

Ratione igitur illius librarii nudata omnia, quae ante obscura et inexplicabilia erant, facile possumus explanare: ubicumque enim monstrositatem sententiarum, hiatus, alia menda vituperabamus, non Galeni ipsius textum descriptum, sed aut ab interpolatore commutatum aut verba ab eo addita ante oculos habebamus. Dispositionem autem vitiosam esse oportere consentaneum est: apud Galenum quidem omnia omnibus locis bene coniuncta sunt; si vero alia aliunde sumas, quomodo his conexis continuationem servari posse putes? Sed mirati eramus in capite duodetricesimo scriptorem nobis pollicitum cur certi pulsus legitimi fiant se declaraturum promisso non stetisse. Nunc ad hanc rem interpretandam Galeni textus sufficiet: is enim interrogat IX 27,7 διὰ τί δ' ἐπὶ ταῖς μετρίαις βλάβαις τῆς τε δυνάμεως ἅμα καὶ τῆς θερμοσίας πυκνοὶ μὲν γίνονται, μικροὶ δ' οὐκέτι οὐδὲ βραδεῖς, ἀλλὰ σύμμετροι; Quae verba a librario perperam accepta sunt; sed placuit ei illud τί, cum mox iterum hoc vocabulum prorsus inane post κίνησιν insereret; sic enim legimus in codicibus PQST cap. XXVIII § 4: μετρίαις δ' οὔσης τῆς βλάβης, πυκνοὶ μὲν ὁμοίως, σύμμετροι δὲ κατὰ τὴν διάστασιν τε καὶ τὴν κίνησιν τί· quid vult hoc loco τί particula? Non difficile est dictu, quia Galenum post κίνησιν sic pergentem videmus IX 27,2 τί δὴ ποτε πυκνοὶ μὲν ὁμοίως, μικροὶ δ' οὐκέθ' ὁμοίως οὐδὲ βραδεῖς. Sed τί particula scripta interpolator, cum hanc iteratam interrogatiunculam non intelligeret, media ut ita dicam in voce restitit.

Nunc hiatus, quos supra commemoravimus, rursus spectentur. Legimus¹⁾

XXIX 9 τοῦθ' ἔξει ἀχώριστον τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ σημείον, sed apud Galenum IX 374,14 ἀχώριστον ἀρχῆς παροξυσμοῦ τοῦθ' ἔξει τὸ σημεῖον.

XXIX 24 γνωρίσματα ἐν τῇ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς πραγματεία (-ας PQ) ἐσκοπούμεθα, sed loco respondente IX 379,14 γνωρίσματα δι' ἐτέρας εἴρηται πραγματείας ἐν ἧ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς ἐσκοπούμεθα.

XXXI 2 πρόκειται ἡμῖν λέγειν ipsius cum interpolatoris verba sint, apud Galenum non leguntur.

XXXI 4 ἐγγὺς ἐκείνη ἐστὶ itidem.

XXXI 30 δυσπραγοῦντι ἄνευ πυρετοῦ, vocabula δυσπραγοῦντι et ἄνευ in Galeni contextu 14 versus inter se distant (IX 400,3 et 17).

XXXI 70 σκίρῳ ἴδομεν, loco autem exscripto IX 415,16 σκιρῳθέντι πολλάκις ἐθεασάμεθα.

XXXI 71 τότε ὁ σφυγμὸς ἔχει ἀμφοτέρων διαθέσεων σημεῖα, apud Galenum vero IX 415,17 γίνεται τηνικαῦθ' ὁ σφυγμὸς θαυμαστὸν ὅπως ἀμφοτέρων τῶν διαθέσεων ἔχων σημεῖα.

XXXI 77 πολὺ ἀπό apud Galenum non est.

XXXII 25 περὶ δὲ τοῦ μικροτέρου ὁ αὐτὸς λόγος itidem μικρότερος γὰρ ἑαυτοῦ γίνεται ἥτοι τῆς δυνάμεως ἀσθενεστεράς, at IX 223,9 γίνεται σφυγμὸς ἥτοι.

XXXIII 5 ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον μὲν ἢ ἐπὶ τῷ μεγέθει, XI 276,10 μὲν ἐπὶ sine ἢ, confer ceterum pag. 25 med.

XXXIII 35 ἔχει ἐπισκέψασθαι, at IX 290,18 ὅλως δ' ἐπισκέψασθαι καλῶς ἔχει.

XXXIII 52 εἶσω ἀνθελκομένων, IX 303,15 ἀνθελκομένων ἔσω.

XXXIII 53 εἰ αἰθαλώδη, IX 303 ὅταν . . . αἰθαλώδη, sed totum locum interpolator in suam sententiam deflexit.

Relatio XXXI 13 (ἀλλοίωσιν, ἣν ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν), quam in tota synopsi invenire nequimus, pertinet ad IX 41; nam illic IX 394 transscriptum est.

Porro commemoro compilatorem alias quoque loquendi consuetudines Galeni proprias non nosse. Itaque XXX 1 ei vocabula χρὴ τοὺς in orationem infercit (confer

¹⁾ XXIX 7 προσέχων δὲ νοῦν δεῖ ἀκριβῶς ἐνταῦθα apud Galenum non est.

περὶ κρίσεων γ IX 763,6

εἰ μὲν οὖν κυματώδης ὁ σφυγ-
μὸς γίνοιτο καὶ μαλακὸς ἐπισήμως,
ἐλπίζειν ἰδρωῖτας· ὁ σκληρὸς
δὲ σφυγμὸς ἐμέτους μᾶλλον ἢ ἰδρω-
τας προδηλοῦν εἴωθεν)

σύνοψις XXX 1

εἰ μὲν οὖν κυματώδης ὁ σφυγ-
μὸς γένοιτο, καὶ μαλακὸς ἐπισήμως,
ἐλπίζειν χρὴ τοὺς ἰδρωῖτας· ὁ σκληρὸς
δὲ, ἐμέτους μᾶλλον ἢ ἰδρω-
τας προδηλοῦν εἴωθεν)

cum ignoraret philologos neque χρὴ neque articulum in Galeni desiderare libris. Elocutionem Galeneam emendare se debere arbitratus est XXXI 25: cum antea iam scripserit tres ἐργάζομαι verbi formas (22 ἐργάζονται, 23 ἐργαζόμενα, 24 ἐργάζονται) quartam quae rursus est ἐργασαμένων — tempore etiam stolidè mutato — in ποιούντων depravavit. Et XXXII 12 et 14 προσεκτήσατο et προσέλαβεν transposuit.

Porro XXXI 1 hiantia verba nobis visa sunt! At in Galeni textu integro non hiant. Sed interpolator duos locos varios, quorum alter ab altero centum duodequingenta paginas abest (IX 244 — 392) cum coniungere vellet, quod pronuntiatum erat IX 244 vocabulis ἐπεὶ δ' subiunctive elato sua ipsius verba plura quam solet addidit; sic totus locus iam obscurus est factus. Tum XXXII 25 omisit ea verba, quibus apud Galenum personam quandam cuius pulsus inspicitur introductam videmus; quibus lectis tibi apparebit, quid velint verba ἀλλ' οὐθ' ἡ δύναμις ἀσθενεσιτέρα γέγονε νῦν . . . συνῆν . . . ἦν (cf. p. 11 med.). Item sine negotio interpretaberis infinitivos XXXIV 33; ipse enim medicus sententias aliter composuit: IX 424,14 τῆς μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶν ἐν τοῦτο μόνον, ἢ τοῦ σφυγμοῦ γένεσις, τῆς φυσικῆς δὲ τό τ' οἰκεῖον εἰς τὴν θρέψιν ἔλκειν eqs. Interpolator vero postquam pro verbis, quae litteris distantibus significata sunt, simpliciora αὐτὴ γὰρ μόνον τοὺς σφυγμοὺς γεννᾷ scripsit, ἢ φυσικὴ δὲ τό τε οἰκεῖον εἰς τὴν θρέψιν cum perrexisset, etiam tum sibi indicativo utendum esse non secum reputavit.

XXXII 24 ubi affirmantem orationem per conditionalem particulam extulit, εἰ . . . γένηται scripsit. Denique XXXII 41 αὐτὴ quod non habebat quo referretur, etiam apud Galenum legitur (non αὐτῆ, ut vertit Gadaldinus), sed ibi refertur ad sententiam quae antecedit ab interpolatore omissam IX 226,10.

Sed ne nimis quaeso ineptum eum existimes! Isagogam eum more vere Galeneo laudare iam p. 20,6 commemoravi: εἴρηται δ' ἡμῖν

ἐν τῇ εἰσαγωγῇ ὅτι sequitur textus ad verbum illinc depromptus. At primum τῇ εἰσαγωγῇ ὅτι bis hiant; deinde Galenus illum librum *περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγομένοις* nominat (cf. p. 12); tum verbum e verbo afferre a Galeno plane alienum est (cf. p. 13). Et XXXIII 59 ex suo ipsius ingenio e Galeno affert *εἶπομεν δὲ ἐν τῇ περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν τὴν τῆς ὀνομασίας αἰτίαν*. Ac re vera dixit causam medicus VIII 556,20 eo ipso loco quem excerpere compilerator necessarium non censuit. Nihilominus non difficile coarguitur: ἐν τῇ περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν? Scribendum erat, quia respicitur locus plane designatus, ἐν τῷ πρώτῳ sive κατὰ τὸ πρῶτον sive διὰ τοῦ πρώτου περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν (e magna exemplorum copia haec afferre sufficiat IX 272,5 ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, 443,2 κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τρίτον περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν, 4 κατὰ τὸ δ' εἴρηται γράμμα τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, 444,12 κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως αὐτῶν, 446,7 ἐν τῷ β' καὶ γ' περὶ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, 446,11 εἴρηται δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν, 447,1 ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, 450,9 ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως, 451,13 κατὰ τὸ πρῶτον τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν, 16 διὰ τοῦ δευτέρου μὲν ἐν ἀρχῇ τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν καὶ διὰ τοῦ τρίτου δ' ἐπὶ πλεῖστον, 453,1 ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς διαγνώσεως αὐτῶν, 455,7 ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ σφυγμῶν πραγματείας, 457,3 ἐν τε τῷ τρίτῳ περὶ διαγνώσεως ἐπὶ πλεῖστον εἴρηται καὶ κατὰ τὰ πρῶτα τοῦ δευτέρου· περὶ δὲ τῆς συστολῆς ἐν τῷ πρώτῳ, 484,8 ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐν σφυγμοῖς αἰτίων, 485,15 κὰν τῷ πρώτῳ τῆς περὶ τῶν σφυγμῶν διαφορᾶς, 493,4 ἐν ὄλῳ τῷ πρώτῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, 6 ἐν τῷ δευτέρῳ, 498,2 ἐν τοῖς περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν κατὰ τὸ τρίτον καὶ τοῦ δευτέρου τὰ πρῶτα, 519,18 κὰν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν προγνώσεως). De XXXI 3 vide p. 12. Sed audi quam procax sit ille homo: quia apud Galenum IX 226,9 δις γὰρ περὶ ὁμοίων λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον invenerat, ea quoque verba in suum contextum transposuit, quippe qui omnia iteret; vereor ne rideant homines docti!

Tot et tantis argumentis prolatis neminem quin synopseos extrema pars spuria sit iam dubitare posse arbitror. At haud scio an sint qui contra dicant: „Nescis, optime, num Galenus aetate iam confectus — nam grandem natu eum hunc librum scripsisse quis est qui neget? — nimis parumque patiens desidia adductus, ut librum praeceps conficeret, ipsum se excerpserit!“ Sed primum est

perfectus liber¹⁾); at sit sane truncus: si desidia adductus librum perficere noluit, cur nihilominus eum perfecit? Deinde cur L et R, vetustissimi codices, eo ipso loco desinunt, quo ut demonstravimus falsa et corrupta verba incipiunt? Quod autem H plura exhibet, vide quae dixi pag. 6, not. 3. Qui exaravit illum codicem, homo perspicax videtur fuisse; itaque postquam finem interpolatum intellexit scribendo protinus destitit. Quomodo praeterea fieri posset, ut vocabula pari modo depravata et in synopsi et in libris de praedictione etc. pulsuum inveniantur, si duo scripta varie tradita essent? Ut tibi persuadeas fieri id nequire, conspectum habeas verborum eodem modo corruptorum:

Cap. XXIX 3 et IX 371,17 K οἱ δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν (scil. πυρετοί) ἐν μὲν ταῖς ἀκμαῖς ἀμφοτέρως ἔχουσι τὰς κινήσεις ταχείας, τὴν τε τῆς διαστολῆς καὶ τὴν τῆς συστολῆς, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς πικνότηας ἀμφοτέρως ὁμοίως ἀλλοιοῦσι. ἐν δὲ ταῖς εἰσβολαῖς οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιτείνουσι τῆς συστολῆς τὸ τάχος. ἐν δὲ ταῖς ἀναβάσεσι καὶ τοῦτο μὲν καὶ τὴν ἐκτὸς ἡσυχίαν [δ' add. interpolator] ἐπὶ πλεῖστον συνεργοῦσιν, ὡς πικνότατον φαίνεσθαι κατ' αὐτὴν τὸν σφυγμόν. Vocabulum μὲν graviter corruptum causa erat, quod librarius

¹⁾ Contra me vereor ne afferat quispiam Galeni verba IX 506,5 ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ δοξαζίζοντος ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου δεδήλωται· περὶ δὲ τοῦ σκοληζίζοντος ἄρτι λελέξεται (puto λέλεχται schol. PQR²ST recte, cum ἄρτι paulo ante valeat, non paulo post, de qua re confer Lobecki Phrynichum p. 20) διότι μικρότερος μὲν ἔστι τοῦ ζυματώδους, ἀμυδρὸς δὲ αἰεὶ. Primo igitur obtutu Galenum in fine (perdito) huius libri (synopsin dico) de caprizanti et vermiculanti pulsu — nam non potest reduci illud λέλεχται ad ea quae usque p. 506 in synopsi explicata sunt, quia ibi non locutus est de vermiculanti pulsu scriptor — egisse putes. Illa enim interpolata, quae p. 9 descripsi, multis de causis non ea esse possunt, quae Galenus respicit. At primum: cur Galenum in fine synopseos iterum de illis pulsibus scripsisse putaverimus? deinde — scripserit sane de iis — antea iam perfecto tempore δεδήλωται uti poterat? Sed loquitur accuratius de vermiculanti VIII 556 in fine primi de differentia libri, et de caprizanti paulo ante (ἄρτι) VIII 550. Ad quos locos lectores relegare vult; itaque addendae 16 syllabae: ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ (πρώτου περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαφορᾶς γεγραμμένου) λόγου. Λόγος quamquam raro apud Galenum legimus pro βιβλίον, tamen invenitur; cf. ser. min. II 28,20 ἐν τῷ περὶ τῶν ἐθῶν λόγῳ, III 204,6 ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἐνταυθοῖ τελευτάτω τὸ δ' ὑπόλοιπον ἅπαν ἐν τῷ πρώτῳ προσθήσω, 13 ἐν τῷ πρόσθεν δεδήλωται λόγῳ, IX 55,3 K διὰ τοῦ πρώτου δεδήλωται λόγου, 104,7 εἰς δὲ τὸν παρόντα λόγον ἀρκεῖ τὰ νῦν εἰρημένα, 105,2 ὁ πρόσθεν λόγος ἀντάρκως ἐξηγήσατο, 155,1 καιρὸς εἶναι μοι δοκεῖ καὶ τοντονὶ τὸν τρίτον λόγον ἐνταυθοῖ καταπαύσειν, ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ τὰ λείποντα προσθήσομεν, 271,3 ἐν τῷ πρό τούτου λόγῳ διήρηται.

δὲ addidit. Exspectas καὶ τοῦτο (scil. τὸ τάχος) ἐπιτείνουσι vel simile quoddam. Porro *συνεργοῦσιν* quid sit, non intellegi potest: verbum *συνεργεῖν*, quia „laborare cum aliquo, auxiliari alicui“ valet, solo cum accusativo coniungi nequit. Quid autem postulat sensus? Quid externae quieti patiendum est, ut pulsus frequentissimus fiat? Nonne est contrahenda? Et quid *contrahere* Graece? *συναιρεῖν*. Itaque certe recte coniecit Diels *συναιροῦσιν* apud Galenum; cf. IX 375,16: *συναιρεῖται δὲ τι καὶ τῆς ἐκτὸς ἡσυχίας, ὡς πυκνότερον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν σφυγμὸν*.

XXIX 20 et IX 378,17 *σκληρύνονται* (*σκληρῆνονται* in synopsis) μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς βλαιψάσαις (*βλεψάσαις* in synopsis) ψυχροποσίαις οἱ χιτώνες τῶν ἀρτηριῶν· ἐξήρανται δὲ ἐπὶ ταῖς τοῦ πλείονος οἴνου πόσεσιν. Quid perfectum ἐξήρανται? Praeterea Kontos in *Athena* XVII 3—4,17 formam ἐξήρανται semper singularem indicare probavit; hoc autem loco pluralis postulatur; itaque fortasse ἐκξηραίνονται scribendum.

XXX 8 et IX 764,2 *περικινδυνευτικόν* vocabulum inusitatum corrige hic in *παρακινδυνευτικόν*.

XXXII 38 et IX 226,1 καὶ τῶν ἔσω (εἴσω in synopsis) μεταλαμβανομένων, ὅτ' ἂν ὁ ἀναπνεόμενος ἀήρ ψυχρὸς ὦν, καὶ τροφή φαρμακώδης, καὶ φάρμακόν τι φύσει ψυχρόν, ὕδατός τε ψυχροῦ χρησις ἄμετρος. coniunctio ὅτ' ἂν falsa est; optime coniecit Diels ὁ ἵ' [ἂν ὁ] ἀναπνεόμενος. Merito ponitur articulus (ὁ ἀήρ), quia aer haustus propius definitur. ἂν ὁ ex dittographia natum.

XXXII 39 et IX 226,6 (οἱ ψυχροὶ χυμοὶ) ἰσχνότεροί πως ἐγένοντο τῶν θερμῶν. Macrine possunt fieri suci? At sensus postulat, ut iam Gadaldinus intellexit, *validiores, ισχυρότεροι*.

XXXIII 5 et IX 276,10 ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον μὲν [ἢ add. interp.] ἐπὶ τῷ μεγέθει τῆς διαστολῆς ὁ σφυγμὸς γένηται πυκνότερος, ἠὺξῆσθαι δηλώσει θερμότητα πολλὴν ἐν τῷ σώματι καθαράν· ὅταν δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον eqs. primum δὲ ἐπὶ τῷ πρωϊαίτερον ex suo loco quinque versibus post huc irrepsit, pro quo pone ὅταν μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐκτὸς ἡρεμίαν ἐπὶ τῷ μεγέθει etc.

XXXIII 13 et 14 et IX 286,7 *διαλήψεων* et *διάληψιν* scriptum est pro *διαλείψεων* et *διάλειψιν*.

XXXIII 29 et IX 290,4 ἀμέλει πολλάκις οἱ (interp. ἢ) παρεμπύπτοντες (σφυγμοὶ om. interp.) κρίσιν ἤνεγκαν, εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ὥσπερ κατ' ἀπειρον τῆς εἰς ἀγῶνα παρασκευαζομένης τῆς φύσεως. Articulus τῆς bis cum positus sit, unum eliminabimus; quia autem

κατ' ἄπειρον corruptum est, in tribus illis verbis καταπειρονησ id latere putamus, quod quaerendum est nobis, si totum locum intellegere volumus. Sed interim haec verba depravata omittamus! Quae est vis eorum, quae bene tradita sunt? Saepe sane intercurrentes pulsus crism significant, siquidem haec crisis exstitit, evasit, ἔστιν, simulatque natura quasi ad certamen se parat. Sic omnia bene se habent neque quicquam, quod pertineat ad bonum sensum, deesse videtur; quae cum ita sint, καταπειρονησ glossam puto, quam quis explicavit adnotatione marginali εἰς ἀγῶνα παρασκευαζομένης. Quae glossa fortasse καταπειρώσης (simulac natura certare conatur) est.

XXXIII 32 et IX 290,11 κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τῶν ἱκανῶς ἀραιῶν ἤπερ ἐκ τῶν πυκνῶν (scil. σφυγμῶν ἀπόλλυνται), scribe ἤπερ.

XXXIII 51 et IX 303,13 apud Galenum include ἐν in τῶν ἐν ἡσυχίᾳ διαλαμβανομένων. cf. IX 483,1 ἐνίαι μὲν ἡσυχίαι διακοπιομένην ἔχουσι τὴν κίνησιν, 4 τῆς ἡσυχίαι διακοπιομένης.

XXXIV 13 et IX 419,1 σωθήσονται μὲν οἱ μέλλοντες σφίζεσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧπερ ἂν ἡ φύσις ἐπικρατήσῃ τελεώτατα τῆς νοσώδους διαθέσεως· τεθνήξεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, scribe τεθνήξονται.

XXXIV 31, 33, 36 et IX 424 οὐχ ἡ αὐτὴ δύναμις ἐστὶν ἡ τε ζωτικὴ καὶ θρεπτικὴ καὶ φυσικὴ — ἡ φυσικὴ δὲ — ἡ δὲ φυσικὴ. tribus his locis apud Galenum φυσικὴ scribendum est; cf. Müller, Gal. scr. min. II praef. p. XLI: „θρεπτικὸν δὲ καὶ φυσικόν. Charterius recte restituit φυσικόν, quod cum φυσικόν in libris Galenianis non raro commutatum legimus.“

Iterum interrogo, num varia haec menda iam in Galeni quod ipse sua manu scripsit exemplari fuisse arbitremur! Ego quidem neque credo neque alium quemquam credere existimo.

Praeterea notandum est scholia etiam in PQST codicibus, qui fine non carent, inde a cap. XXVII § 44 subito abrumpi, qua re interpretem extremam partem non in manibus habuisse luce clarius demonstratur. Sed quando compiler eam confecit? Id quoque haud scio an liquido simus definituri! Manuscripti enim libri PQST a XXVII 44 in margine non numquam numeros Indicos parvos, quibus litterae Latinae adscriptae sunt (ut 88·H·G', 117·H, quin etiam 3° de crisib. 144·D') oculis praebent, atque perraro factum est, ut in uno vel altero manuscripto desint haec

signa. Quae cum ita sint, notas illas iam in exemplari fuisse necessarium est. At quae est vis harum notarum? Folia editionis Aldinae (Venetiis 1525) significant!¹⁾ Apparet igitur interpolatorem haec signa margini exemplaris adscripsisse, certum igitur quin sit neminem arbitror dubitare posse: synopseos extrema pars a verbis *μικρὸς γὰρ ἔσται* IX 531,4 K = cap. XXVII 44 usque ad ultimum finem inter annum 1525 (editionem Aldinam) et annum 1597 (Gadaldini versionem²⁾) ab homine non tam maligno quam indocto compilata est³⁾.

Sed — magnum nostrae sententiae testimonium — non modo finem ille homo libro Galeni adiunxit, verum etiam in prima parte hic atque illic eius videmus vestigia. Adscripsit enim ut ita dicam scholia margini, quae omnia nullo excepto ad editionem (Aldinam) referuntur; neque vereor ne longum sit ea verbo tenus affere: Legimus in PQST (non in R², cuius fontem his notis caruisse oportet) ad p. 471,5: *puto ἑνθμόν· sic enim habet Galenus primo de differentia pulsuum capite octavo; Galenus τὸν ibidem.* — ad p. 508,10: *in primo de causis pulsuum capite undecimo.* — ad p. 512,13: *vel intellige in opere toto de pulsibus vel secundo de prosagiis capite secundo; alii libri τοῦτο δε δήλωται ἤδη γεγραμμένον ut capite octavo.* — ad p. 514,6: *ait se dixisse in eo opere, quod ante hoc confecit ut tertio de praesagiis ex pulsibus capite septimo.* Porro interpolationes duae minores illi librario tribuendae sunt: p. 442,11 *καὶ τοῦτου τοῦ* (cacophonia pessima! cf. Spengel, *synagoge technon*, praef. p. 9) *γένους τρεῖς ποιούσι διαφορὰς, ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν ἕνα πλήρη, τὸν δὲ κενόν· ὁ γὰρ μέσος ἀμφοῖν οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκμηται.* — p. 508,12 *ὡς διὰ τὸ κατὰ τε τὴν δύναμιν καὶ τὴν χρεῖαν τῶν ὀργάνων ἔλλιπες.* Qui loci in H (?)⁴⁾ et P in textu, in QST in margine, in LR omnino non sunt! Itaque his quoque scholiis — notas et interpolationes dico — rursus PQST codicum archetypum vel eius

¹⁾ i. e. locos, qui ab interpolatore comportati conexique sunt.

²⁾ Itaque — id quod fortasse quispiam coniciat — ut textus Graecus e Gadaldini versione Latina conversus sit, fieri nequit.

³⁾ Sed quis compilaverit, plane incertum.

⁴⁾ Apud Kühnium in textu sunt; secundum nostram conclusionem in H margine fuerunt; si non fuerunt, illum codicem non secundum PQST manuscriptorum archetypum, sed exemplar quoddam ex eo descriptum, fortasse secundum P librum, qui interpolationes illas in textu praebet, correctum esse licet opinemur.

exemplar vetustius interpolatoris manu profectum esse dilucide confirmatur. Neque quicquam impedit nos, quominus illa scholia, quae commemoravi, et extremam synopseos partem eidem homini attribuamus.

Sed postquam haec constituimus, etiam primam iam dudum notam partem libri nobiscum recognoscamus. Galenum numquam se ipsum verbum ex verbo exscribere, sed semper novi quid addere vidimus; imprimis synopseos quam senex composuit ratio est haec: quae aetate superior addidicit, discipulos quoque discere vult, quin etiam narratiunculam novam IX 495 sq. subdit. Omnino hic liber paucis locis exceptis studiorum altiorum plenus prorsus isagogae contrarius est. Quisquis eam et *πραγματείαν* nondum legit, synopsis non intelligit, quod scriptor ipse non ignorabat, quippe qui iterum atque iterum ad illos libros lectores releget. Neque magni aestimat compendia, ut dicit primo capite; quoquo autem modo iis utendum sit, ibidem monet; de synopsi ipsa capite undecimo loquitur. Quae cum sit libri ratio, finis ut iam nota repetens Galeni esse nequit. At a codicis R manu secunda sub fine scriptum est: *Videntur deesse nonnulla*. Pauca ergo verba descissa ut sint fieri potest, cum supra p. 8 synopsis iam valde longam esse viderimus. Sed non intellego, cur non optime desinat liber verbis his *εἰ μὲν γὰρ εὐσαρκός τε καὶ πίων ἱκανῶς εἶη, κατὰ λόγον ὁ σφυγμὸς φαίνεται*. At si desideras oppositionem, nihil moror te addere (*εἰ δ' ἰσχνός, οὐ*). Sed *δέ* e. g. deest IX 484,16 *ὅταν μὲν οὖν ὁ χιτῶν τῆς ἀρτηρίας κατὰ φύσιν ἔχη* eqs.; 487,7 *βέλτιον μὲν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς τὸ τάχος τῆς βραδυτήτος* eqs.; in fine cap. XXIⁱ IX 490,12 *τὰ μὲν οὖν ἐπιέγοντα εἴρηται* plane novum incipit capite XXI^o *νυνὶ δὲ πάλιν ἀναλαβόντες ἀπ' ἀρχῆς τὸν λόγον* eqs.; alia multa. Cogitantibus rursus nobis, quam facile et frequenter tale compendium interpolationibus patuerit; si quid in eo inventum erit, quod cum a ratione huius libri tum a Galeni consuetudine abhorreat, eiciemus illa; quae sane, cum in LR quoque exstent, prius quam quae adhuc agitabamus, in textum irrepserunt. Est autem tertium caput inde a tabula usque ad IX 440,6 *τὸ λεγόμενον* verbatim e primo de differentia libro excerptum (*περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν* ᾱ VIII 504 sqq.). Quae omnia qui isagogam et illum librum perlegerat, noverat diu. Sed non solum otiose repetitum hoc est (quod tu fortasse Galeno condones), verum etiam ineptissime

interiectum; nam sive IX 440,7 τὰς δὲ κατὰ τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς οὐχὶ ἐπιτὰ καὶ εἴκοσιν οὐδ' ὅλως πολλὰς (HR¹) sive τοὺς (LPQR²ST) (puto πολλοὺς schol. in PQR²ST) scribis, neque unum neque alterum cum verbis antecedentibus cohaeret: ἢ ὅπως ἂν ἄλλως μάλιστα σαφὲς ἐλπίζωμεν ἔσεσθαι τὸ λεγόμενον. τὰς (τοὺς) δὲ κατὰ τὸν χρόνον eqs. (?) Sed ubi illa cum IX 436,16 ἀνάγκη τοίνυν εἶναι τὰς πάσας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἐπιτὰ καὶ εἴκοσι, (IX 440,7) τὰς δὲ κατὰ τὸν χρόνον τῆς διαστολῆς οὐχὶ ἐπιτὰ καὶ εἴκοσιν coniuncta erunt, omnia bene inter se conexa et apta sunt. LPQR²ST τοὺς scripserunt, quia femininum quid sibi vellet non intelligebant.

Simili modo totum caput decimum quintum exceptis verbis ineuntibus (IX 471,16 τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, εἴπωμεν ἤδη(?) τὰ κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν γεγραμμένα περὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐν τοῖς σφυγμοῖς διαφορᾶς, ἔστι δὲ τὰδε), quae interpolatoris sunt, ex isagoga VIII 463 sqq. transscriptum est. Nam et Galenum illum librum περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγομένοις appellavisse iam dixi p. 12, et haec ipsa tam facilia intellectu sunt, ut synopsi non sint accomodata. Ceterum Galenus ipse nonnullis foliis ante dixit IX 463,1 ἐπεσκέψθαι τὰ κοινὰ μέτρα πλειόνων ἀνθρώπων ἐφ' ἐκάστου γένους σφυγμῶν. ἔστι δὲ καθόλου μὲν εἰς θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ ἰσχνότητα καὶ πάχος ἢ τῶν κοινῶν μέτρων ἀναγωγὴ, τούτων δὲ αὐτῶν ἐν μέρει καθ' ἡλικίας καὶ φύσεως καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος [ἀπο]κατάστασιν ἐν ὥραις καὶ χώραις. ἔμαθες δὲ περὶ τούτων ἐν τῷ γεγραμμένῳ βιβλίῳ τοῖς εἰσαγομένοις περὶ σφυγμῶν, ὃ καὶ αὐτὸ βέλτιόν ἐστι προανεγνωσθαι τοῦδε. Tunc Galenum, postquam haec monuit, octo paginis post nihilo setius totum caput exscripturum fuisse putas? Sed qui pergit scriptor? IX 463,8 λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν τὰ κατ' αὐτὸ (scil. quae in isagoga explicata sunt) χάριν τοῦ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν ἀναγκαίων τῇ νῦν ἐνεστῶσιν πραγματεῖαι (!), ἀλλ' ἔχειν τοὺς φιλοπονεῖν βουλομένους ἐν ἐλαχίστῳ μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἀναγκαιότατα κατὰ τὴν εἰσαγωγὴν, ἐν διεξόδῳ δὲ τελειοτάτῃ τὰ κατὰ τὴν μεγάλην πραγματείαν, ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν τὰ νῦν λεγόμενα. Verum tamen ex isagoga quaedam afferre vult! Hic aqua haeret. Sed cur primum tria capita aliis demonstrationibus complet? Puto perspicuum esse interpolatorem, ne facile coargueretur, haec verba inseruisse; quibus cum lectoris animum instruxerit, postea incipit εἴπωμεν ἤδη· nam quia octo paginis ante pollicitus est λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν, iam tempus est ut promisso satis faciat.

Denique — sed fortasse melius iudicabunt homines docti — IX 508,3 usque ad capitis finem verba interpolata mihi videntur, cum neque orationem continent et antecedentia (p. 506 pulsum formicantem omnium et lenissimum et periculosissimum esse) repertant. Imprimis autem obstupescas, si legeris in capitis XXIIⁱ fine ὑπὲρ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἰρήσεται· equidem vero Galenum ἔμπροσθεν ad praetereuntia, ad futura ὕστερον referre semper inveni: cf. scr. min. I 10,20 ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, II 45,3 ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυτο, III 36,6 ὀλίγον ἔμπροσθεν ὁ λόγος ἐδείξεν — II 46,8 ὀλίγον ὕστερον ἐπισκεψόμεθα, 60,18 μεμνήσομαι πρὸς τὸν ὀλίγον ὕστερον εἰρησόμενον λόγον, IX 282,10. K περὶ ἧς ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται, multis aliis locis. Sed haud scio an hic error librario cuidam tribuendus sit. — Sic iam synopsis 1979 versibus consistit normalibus; cf. p. 8,21.

Quod igitur in LR quoque codicibus interpolationes inesse censemus, non corrumpit opinio, quam de fine habemus, cum quisquis et illas et hunc perspexerit, eiusdem hominis esse negabit. Nam quae sunt in LR interpolationes, eae leviter intuenti non statim elucebunt, at ultima spuria esse neminem effugiunt vel hebetiorem. Porro mirabile esset (si omnes huius scripti additamenta ab eodem librario profecta essent) LR scribas primis descriptis eo ipso loco restitisse, quo finem spurium incipere coniecimus. Praeterea aliud erat librum imperfectum quem videbant ad finem perducere, aliud perfectum arbitrariis additamentis amplificare.

Quod Galeni synopsi non modo non addidi septem nova capita, sed etiam nonnulla eripui, exspectationes legentium fortasse sum frustratus; sed magno medico ipsi haud scio an non inutilem navaverim operam.

DISSERTATIONIS APPENDIX.

De doctis medicis, qui per antiquitatem de pulsibus scripserunt.

§ 1.

De eis, qui ante Galenum erant.

Quantum pulsuum observatio conferat ad morbos cognoscendos, nemo ante Galeni tempora tam impigre et industrie inculcavit quam ille ipse.

Etsi non servata habemus, quae de ea re priores scripserunt, id tamen certum est nullum umquam medicum Galeno maiore auctoritate floruisse. Hippocrates si vocabulo *σφυγμός* utitur, finitum quendam pulsum, vehementem, significat: cf. I 83,21 Kühlewein *εἰ δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ* — II 83,3 *σφυγμῶδες τε καὶ πυρῶδες τὸ ἔλκος ἂν εἴη* — II 83,6 *ἄχθος γὰρ ἀνωφελὲς πρὸς τῷ ἄλλῳ σφυγμῷ ἐπιγίνεται*. Porro non novit inter arterias et venas discrimen ut V 130,18 Littré *οὐ ἂν ἡ φλὲψ ἢ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζει* — IX 116,15 *φλεβῶν διασφύξεις*.¹⁾ Praxagoram primum pulsum communem *σφυγμὸν* nominasse testis est Galenus de plac. Hipp. et Plat. 493,5 Müller: *δεῖ δὲ τοῦ „σφυγμός“ ὀνόματος ἀκούειν οὕτω νῦν, ὡς Πραξαγόρας καὶ Ἡρόφιλος ἀπαντές τε σχεδὸν οἱ μετὰ αὐτοὺς ἐχρήσαντο μέχρι καὶ ἡμῶν*. De pulsum autem doctrina primus scripsit Aegimius, sed pulsum appellavit ille *παλμόν*, ut dicit idem Galenus VIII 498; 716; 751 Kühn; addit autem idem nescire se, sitne eius liber *περὶ παλμῶν* genuinus an spurius.

Primus pulsum aliquid habere momenti intellexit Herophilus, qui magnum opus de pulsibus composuit, quod non sine auctoritate fuisse cum aliis rebus tum inde perspicitur, quod Galenus non modo ex Herophili scriptis multa affert, sed semper ei maximam reverentiam praestat. Non igitur a recta via aberraturos nos esse spero,

¹⁾ adde I 127,4 Köhl. *παλμόν τε φλεβῶν*.

si — salva medici Pergameni huius rei proprietate — Galenum non nihil a docto illo Chalcedonio viro didicisse constituerimus. Ceterum non alienum a re esse puto, mentionem movere Marcel-
lini, auctoris cuiusdam nondum editi (exstat eius liber in codice Vindobonensi gr. med. 15 aliisque), qui in scripto quodam de pulsibus dicit Herophilum primum clepsydra ad metiendos arteriarum pulsus usum esse. Cf. Max Wellmann, Die pneumatische Schule, p. 76, et Herm. Schöne, De Aristoxeni *περὶ τῆς Ἡροφίλου αἰρέσεως* libro tertio decimo a Galeno adhibito, diss. Bonn. 1893.

At contra Erasistratum non modo non potest amicum sibi facere Galenus, sed etiam verbis asperis, quod doctrinae causa a veritate deflectat, crimini ei dat ut VIII 552 et 940, qui quidem magnum huius Harveyi antecessoris ingenium non recte videtur aestimasse. Libro de differentia pulsuum quarto Galenus ipse multorum affert medicorum pulsuum definitiones plus minusve nobis ignotorum; primum Herophileorum quosdam enumerat:

- Heraclidem Tarentinum, quem librum de compositione et probatione medicamentorum scripsisse accepimus¹⁾ (VIII 720 sqq.);
- Alexandrum Philalethem, cuius liber quintus de placitis medicorum commemoratur (VIII 725 sqq.);
- Demosthenem Philalethem, eius discipulum, qui tres de pulsibus libros composuit (VIII 727 sqq.);
- Bacchium commentariis in Hippocratem confectis insignem, qui etiam pulsuum epitomen scripsit (VIII 732 sqq.; 748; 955);
- Aristoxenum (VIII 734 sqq.; 746; 955);
- Chrysermum (VIII 741 sqq.; 955);
- Erythraeum (VIII 743);
- Apollonium Murem (VIII 744), qui omnes quattuor de Herophili doctrina scripserunt;
- Philonidem (VIII 748);
- Zenonem (VIII 736).

Asclepiadis porro, praeclari illius Prusae nati medici, qui de respiratione et pulsibus scripsisse fertur, imprimis VIII 646; 743; 748; 757 et Moschionis, qui ab eo profectus est, VIII 758 mentionem habet. Altero loco (IX 139) de Apollonide methodico loquitur.

¹⁾ Scripsit etiam de doctrina empirica (Gal. scr. min. II 115) et *πρὸς τὰς χρονίους μνημείους* (cf. Oder, Rh. Mus. 51,63).

Vehementer autem rescribit Galenus Pneumaticorum disciplinae assectatoribus, qui praecipue eius aetate florebant. Huius sectae conditor est

Athenaeus Attalensis, qui erat Claudii imperatoris temporibus. Potissimum eius opus triginta de medicamentis libri erant, in quibus de pulsibus quoque fusius dixerat (VIII 646; 674; 756). Excellentissimus discipulorum eius erat

Agathinus Lacedaemonius, Persii, poetae Latini, amicus, qui inter alios complures de pulsibus libros composuit. Dedicavit eos Herodoto, auditori suo, cui nuper (Hermes 40, 599) ingeniose Wellmann tractatum *περὶ ὀξέων καὶ χρονίων νοσημάτων* attribuit. Alius Athenaei discipulus Magnus est, qui fortasse in libro, cuius titulus *ἐπιστολικά ιατρικά* erat, de pulsu disseruerat (VIII 593; 638 sqq.; 674; 748; 750 sqq.; 756; 771; 786 sqq.; 932; 935; IX 8; 18).

Plura scimus de Archigene, cum in neminem adeo petulantius invecus sit Galenus. Erat ille ut Agathini assectator pneumaticus et imperatore Traiano regnante permulta, ut ait Suidas, scripsit et quidem de pulsibus imprimis libris 'de pulsibus' (VIII 576 sqq.) et de febris indicio (VIII 694) locutus erat. Nullum Galeni de pulsibus librum legere potueris, quod non verba quaedam contra Archigenem emissa contineat, cuius modo obscura vocabula (VIII 752; IX 368 sqq.; 578 sqq.) modo inscientiam vituperat: eum inter pulsus plenum quoque dicit enumerare, qui omnino non sit (VIII 509; 548; 575; 931 sqq.; IX 138); deinde pulsum formicantem celerem putare (VIII 827 sqq.; IX 293; 453; 456); tum falso de diastole et systole iudicare (V 162 sqq.), multa alia.

Rufi Ephesii quam habemus *σύνοψις περὶ σφυγμῶν* non genuina et ex Galeni scriptis compilata est; exstat apud Darembergium p. 219—232.

§ 2

De Galeni libris de pulsibus scriptis.

Archigenes Galenum ipsum, ad quem nunc vertimus, ad doctrinam pulsum tractandam commovit: scripsit enim primum octo libros, quibus Archigenis sententias et adumbrabat et percensebat. Quae scripta nescio quo pacto nobis perdita saepius com-

memorat, ut ser. min. II 111; K VIII 685; 698; 753; IX 381. Non multo post de usu pulsuum librum compositum esse existimaveris; hoc quoque cum Archigene tum Erasistrato repulsis usus pulsuum caloris vitalis conservatio dicitur.

At vero potissimum et praestantissimum opus est *πραγματείας περὶ σφυγμῶν* sedecim libri, qui in quattuor partes divisi sunt. Quos circa annum 170^{um} Romae confectos esse Ilberg in Rh. Mus. 44,219 sqq. dilucide demonstravit: quo opere solidum totius pulsuum disciplinae fundamentum medicus posteritati tradidit.

Primis quattuor libris de differentia pulsuum agit, et primo quidem postquam difficile quam sit quod sibi proposuerit questus est, quia alius medicus aliud nomen eidem pulsui indiderit, ipse tabulam nominum a se secundum cotidianum sermonis usum delectorum praebet; secundo Archigenis aliorumque sophistarum inane circa voces studium; tertio, quid ille de vehementi et pleno pulsu sentiat, refutat; quartus tamquam historia definitionum est pulsuum, cum fere omnium quos supra protuli medicorum sententiae non minus accurate quam docte recenseantur.

Secundae partis, quae de diagnosi agit, libro primo num systole sensibus percipi possit quaeritur; secundus rursus ab Archigene incipit, qui celeritatem et parvitatem internoscere nequeat; tertio de qualitate quantitate rhythmum; quarto primum de duro et vehementi nonnulla, deinde plura de pleno et vacuo comperimus: hic Galenus invidiam crimenque amolitur ab Herophilo, qui *περὶ πληρότητος* locutus esse dictus erat; at non eum *περὶ πληρότητος*, immo vero *περὶ πλήθους* egisse Galenus longa dissertatione exponit.

Quibus duabus partibus finitis cum illud filum iis qui introducuntur nimis difficile esse percepisset summarium facilius intellectu duodecim capita comprehendens confecit, cui titulum ut solebat (cf. *περὶ αἰρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις* et *περὶ ὀσίων τοῖς εἰσαγομένοις*) *περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγομένοις* imposuit. Nempe ita factum est, ut hoc libello ad ea quae nondum tractaverat, singulorum praecipue pulsuum causas dico, maiorem operam impenderet.

Tum cum *πραγματείαν* exsequi vellet, ita perrexit — sic accurate erat scripta epitome —, ut — a tertio scilicet libro — lemmata summarii singulis capitibus praeficeret iisque explanationem altiore annecteret; duobus autem primis libris de difficilioribus quibusdam rebus agitur: primo enim de causis continentibus (ut

vertit Nicolaus Rheginus *συνεκτικός*), quae tres sunt: cordis facultas, vitae conservatio, arteriarum organum; deinde cum quid calorem et frigus corporis sequatur explicaverit nonnulla Archigenis aliter sentientis facta mentione ad viginti coniunctiones (*συνζυγίας*) transit, quae in copia vel inopia causarum trium illarum consistunt; exercitatione finem libri facit; secundo libro de procatarteticis; tertio de mutantibus naturalibus; quarto denique de iis causis, quae adversus naturam principales variant, loquitur.

Ultimis quattuor libris de prognosi agitur; quamquam non habebat quod non iterare posset ex parte priori, tamen ingeniose omnia aliter fingere conatus est. Sic primo libro de viginti septem pulsibus quantitate differentibus, porro de celeri tardo vehementi tenui molli duro; secundo de ceteris pulsibus quantum pertinent ad praedictionem loquitur; at contra tertio et quarto libro affectus corporis humani secundum sui cuiusque pulsum percurrit.

Praeter omnes hos libros alios quoque Galenus de Herophilo composuit: de Herophili pulsum differentia ante *πραγματείαν* (cf. VIII 960,14 *ταῦθ' ὡσπερ ἐπιτομή τῶν εἰρημένων ἡμῶν ἐν τοῖς περὶ τῆς καθ' Ἡρόφιλον ἐν τοῖς σφυγμοῖς διαφορᾶς ἔστι λελεγμένα. δι' ἐκείνων γὰρ πλεον ἐξηγησάμεθα τὴν Ἡροφίλου κατὰ σφυγμοῦς ὀνομάτων συνήθειαν*), de Herophili pulsum arte postea utrum scripserit necne ignoramus, cum uno loco tantum se talia scripturum profiteretur (IX 279,2 *ὅσα δ' ἄλλα μοχθηρὰ καὶ ἀδιάρθρωτα καὶ ἀδύνατα πρὸς τὰς προγνώσεις ἔχει τὰ περὶ ῥυθμῶν ὑφ' Ἡροφίλου λεγόμενα, τὰ μὲν ἐκ τοῦ τρίτου τῆς διαγνώσεως τῶν σφυγμῶν ἔνεστι μαθεῖν, τὰ δ' ἐξ ὧν ἰδίαι γράψομεν ὑπὲρ τῆς Ἡροφίλου περὶ τοὺς σφυγμοῦς τέχνης*).

Ita Galenus cum in omnes partes pulsum doctrinam, ut creverat ab Herophilo, ut ipse attenuatam erudiverat, ita explanavisset, non minus idiotarum quam doctorum, non minus docentium quam discentium rationem habebat; itaque iure hoc opere se iactavit, cum esset editum circa annos 170—175. Sed nobis praeter libros quos supra attuli — nam *Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν πρὸς Ἀντώνιον φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον* XIX 629—642¹⁾ et compendium Latinum apud

¹⁾ Auctoritate Dielsii, praeceptoris honoratissimi, Parisios profectus ibi inveni hunc librum in cod. Graec. suppl. 446, f. 33^v—35^v et in cod. Graec. 2315, f. 393^v—400. Ille, decimo p. Chr. n. saeculo exaratus ab homine, qui ad proprium usum ex variis variorum medicorum libris quod sibi necessarium putabat excerpsit, quamquam non


Charterium VIII 330 impressum non minus spuria sunt quam quinque alia compendia in manuscriptis Parisinis nobis tradita, quae, priusquam ea perspexi, exemplaria Galeni de pulsibus synopseos putabantur¹⁾ — alius quoque in septem manuscriptis, qui tribus variis locis desinunt, nobis est conservatus, cui titulus est *Γαληνοῦ σύνοψις περὶ σφυγμῶν ἰδίας πραγματείας*. Quem si legeris, Galeni esse quin dicas fieri non potest; id iam Kühn praef. IX, p. VI intellexit, quem sic iudicantem videmus: „*Huius vero libri auctorem Galenum vere fuisse, facile ex orationis similitudine apparet, de qua quotusquisque scripta summi huius medici attente perlegerit, ne minimum quidem poterit dubitare.*“ Recte; primum tantummodo caput perlegere te opus est, ut Galenum agnoscas. Quid? quod ipse in

totum quem legimus apud Kühnium librum exhibet, tamen tribus locis textum pleniorē praebet. Inscriptus est *Τοῦ αὐτοῦ* (i. e. *Γαληνοῦ*, cui iam tum hunc librum adscriptum fuisse concludimus) *ἐρμηνεία περὶ σφυγμῶν καὶ θεωρία*, et in fine legimus *Z^THH^PA^TNΦIΛOΜ^θA*, i. e. *ζήτει ἐν τῷ πρὸς Ἀντώνιον φιλομαθῆ*. Contra cod. 2315 saeculo XV^o tribuendus totum scriptum continet, sed semel plura, raro meliora quam apud Kühnium inveniuntur. Ceterum hoc compendium etsi ex Galeno compilatum haudquaquam ab eo ipso confectum esse scribendi ratione demonstratur. Incipit, ut exemplum afferam: *σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν πραγματείας σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν*. Praeterea in cod. 446, f. 34^v legis *εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ*. Porro hiatus te offendunt *ἔδει ἔχειν, γνώσει ἀκριβῶς, ἐναντίοι εἶναι, περιοχομένου ὑγροῦ* alia. Sed mediū aevi librarii — mirabile dictu — Galenum hiatum evitasse non ignoravisse videntur, quoniam in codice, quo Kühnius usus est, XIX 633,16 *ἔδει σφυγμὸν ἔχειν* et 633,17 *γνώσεις ἀκριβῶς* legitur. Et in synopsi IX 457,7 codices QST sic scriptum habent *εἶναι ^βαὐτῆν^α*, quod significare vult: scribe *αὐτῆν εἶναι*. Praeterea IX 457,4

ἐπιπλείστον εἴρηται HLR, εἴρηται ^αἐπιπλείστον (i. e. scribe *ἐπιπλείστον εἴρηται*) PQS; inde — horribile dictu — in T codice recentissimo legimus *ἐπαπλείστον*!

¹⁾ Omnia videlicet ut ex Galeni libris compilata doctrinam Galeneam offerunt, sed non eius verba; itaque, cum ii libri, ex quibus excerpta sunt, etiam hodie exstant, fere nullius pretii sunt. Leguntur in codicibus his: Paris. Graec. Suppl. 629, f. 59—64, saec. XIX; stenographice scriptus videtur. — Paris. Graec. 2155, f. 315^v—319^v, saec. XIV; inscriptio *διαγνώσεις ἐκ τοῦ σφυγμοῦ καὶ θεραπείαι πρὸς βασιλείαν τὴν Βορφυρογέννητον*, inc. *ἴκω δὴ σοὶ καὶ τὸ περὶ σφυγμῶν χρέος ἀποδιδούς τούτου δὴ δέκα ὄντων γενῶν πρῶτόν ἐστι γένος σφυγμῶν τὸ παρὰ τὸν χρόνον τῆς κινήσεως ἐν τε τῇ διαστολῇ καὶ τῇ συστολῇ θεωρούμενον· διαφοραὶ δὲ αὐτοῦ ὅ τε ταχύς ἐστι καὶ ὁ σύμμετρος. δεύτερον δὲ γένος etc.*, des. *θερμανθεῖσαν οὕτως ἰσχυρῶς ὥστε π . . .* — Paris. Graec. 2229, f. 43^vsq., saec. XIII. — Paris. Graec. 2332 ex variis Hippocratis et Galeni libris excerpta continet. — Paris. Graec. 3035, f. 209 usque ad 219. — Confer quae ipse dicit Galenus de talibus compendiis IX 433.

fine Artis medicae I 410,7 promittit se synopsis pulsuum esse scripturum? Ἐννοῶ δὲ καὶ ἄλλο τι ποιῆσαι βιβλίον ἐν οἷον ἐπιτομὴν ἀπάντων, ὅπερ ἦτοι τέχνην περὶ σφυγμῶν ἢ σύνοψιν ἐπιγράψω. Ars medica circa annum 195 confecta est. Porro de synopsi iam scripta refert in libro περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων circa annum 200 edito scr. min. II 111,3: Γέγονε δ' οὖν μοι καὶ ἄλλο τι βιβλίον ἐν, ἐν ᾧ τὴν σύνοψιν ἐποίησάμην τῶν ἑκαταίδεκα βιβλίων. Sed plura de synopsi in dissertatione ipsa invenisti.



VITA.

Natus sum Johannes Carolus Germanus Gossen pridie Kal. April. anno 1884 Berolini patre Germano, homine et modestissimo et doctissimo, *μυροποιόν* quod vocant inventore, quem mortuum iam iam 13 annos maereo, matre Elisabeth e gente Hanischiana, quae ut studiis operam dem semper agit. Fidem profiteor evangelicam. Anno 1890 in gymnasium Großlichterfeldense receptus sum, ubi imprimis Morgensternii et Hempelii, qui quod praemature mortuus est, valde doleo, virorum carissimorum ingenio et gravitate ad litterarum studium impulsus sum. A vere anni 1902 Berolini, in sede litterarum, rerum antiquarum tractandarum causa versor. Ibi me docebant viri doctissimi litteras Graecas Diels, Reich, Schöne, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff, Latinas Heinze, Helm, Thomas, Vahlen, Aegyptias Erman, Assyrias Delitzsch, Sanscriticas Geldner, Francogallicas Lagarde, Schultz-Gora, Tobler; archaeologiam Kalkmann; historiam C. F. Lehmann-Haupt, Schmitt; philosophiam Lasson; paedagogiam Paulsen; theologiam Harnack. Proseminarii regii philologici sodalis ordinarius per septies sex eram menses. Decessi ex universitate vere anni 1906. Promotionis examen sustinui a. d. VIII id. Dec. 1906. Ceterum his omnibus viris gratiam habeo maximam; imprimis autem Dielsio et Wilamowitzio viris ingenio praestantissimis, quorum scholis interesse quod mihi licuit, felicem me dico; si igitur umquam eorum erga me magnorum meritorum obliviscerer, iure et merito beneficii amplissimi immemorem me nominares ingratisimumque.

